



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Usu & Abusu Doctrinæ Divi Thomæ Pro Xaveriana
Academia Collegii Sanctaefidensis in Novo Regno
Granatensi, &c**

Martinez de Ripalda, Juan

Leodii, 1704

Opusculum I. De Divinâ Motione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84322)



OPUSCULUM PRIMUM. De Divinâ Motione.

QUÆSTIO I.

De Usu, & Abusu Divinæ Motionis.



T naturam Liberi Arbitrii in superioribus discussam, ulteriori luce penitus pervadamus, hîc notandum est id, unde reliqua pendent, nimirum quâ ratione dicatur voluntas humana à priinâ causâ moveri, quove modo illa suppetias Divini Concurfus deposcat pro constituendo sibi libero, expeditoque suorum actuum exercitio: Sic enim, si cum Adversariis in eam de Divinâ Motione discussionem prius descendamus, facilius modum de efficaciâ gratiæ, & humanæ voluntatis libertate expediemus.

LECTIO I.

*Communis, & certa utriusque
Scholæ Doctrina ex Sanctis
Patribus illustratur.*

Immedia-
tus Dei
concurfus
communi-
ter ab om-
nibus ad-
mittitur.

DOCTRINAM igitur de Motione, & immediato concursu Dei amplectuntur cõmuniter Doctores omnes, si unum Durandum ex Dominicanâ Familiâ, & alterum Ludovicum Dolas Capucinum, qui extra communem tum Philosophorum, tum Theologorum orbitam exi-
Theol.

lierunt. Possem facilè hic attexere syllabum Sapientissimorum Scholasticorum, malè de contrariâ opinione sentientium: at ni mihi ipse modum ponam circa notas, quas impingunt, video, nullum fore Scholasticorum allegandorum finem: quia tamen in Cursu Philosophico de universali concursu Dei cum creaturis, imò & de ipsâ prædeterminatione plura spaciofo calamo, dedimus universalem doctrinam ad hoc punctu mde libero Arbitrio, in quo versamur, necessarium erit restringere.

2. Constat igitur hæc communis sententia ex unanimi Patrum consensu inter explicandum ea Scripturæ loca; scilicet Actor. 17. *In quo vivimus, movemur, & sumus* Isaia 26 *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine*, 1. Corinth. 12. *Operatur omnia in omnibus* Joan. 5. *Pater usque modo operatur*. Igitur
A bonum

Probatur
ex pluri-
bus Scrip-
turæ locis
& ex S.
August.

bonum omen, & agmen ducat primus S. August. lib. 5. de genef. ad litt. cap. 20. ad rem inquiring. Sunt, qui arbitrantur tantummodò mundum factum à Deo, cætera jam fieri ab ipso mundo, sicut ille ordinavit, Deum autem ipsum nihil operari; contra quos profertur illa sententia Domini: Pater meus usque nunc operatur. Et infra: Sic ergo credamus, vel si possumus: etiam intelligamus, usque nunc operari Deum, ut si conditis ab eo rebus, operatio ejus subtrahatur, intereant. Subdit etiam: Mover itaq; occultè à potentiâ universam creaturam suam, eog. motu illa versata, &c.

Item ex S. Anselmo in concordia c. 2

3. Sequitur Anselmus in Concordiâ, cap. 2. dicens: Omnis qualitas, & omnis actio, & quidquid aliquam habet essentiam, à Deo est, à quo omnis justitia, & nulla injustitia. Facit igitur Deus omnia, quæ justâ vel injustâ voluntate fiunt, id est, bona opera, & mala; in bonis quidem facit, quod sunt, & quod bona sunt: in malis verò facit, quod sunt; sed non quod mala sunt. Idem iterat cap. 4. dicens: Deus habet in bonis, quod bona sunt per essentiam, & quod bona sunt per justitiam; in multis verò solummodò quod bona sunt per essentiam, non quod mala sunt per absentiam debite justitiæ; quia non est aliquid. Certè non potuit Sanctus Anselmus expressiùs sententiam tradere de consensu, seu motione Dei ad quasvis actiones immediata, quam his locis fecit.

Rursus ex S. Bonaventura in 2. dist. 37. a. 1. q. 1.

4. Sanctus Bonaventura efficacissimam aliam rationem breviter, & optimè præbet in 2. distinct. 37. art. 1. quæst. 1. per hæc verba: Quia enim Deus est causa primordialissima, idè est influentia maxima in causas secundas, & adeò magne influentia, ut nec modicum, seu quantumcumq; parvum (dum tamen aliquo modo sit ens) procedat ab aliquâ causâ creatâ, nisi cooperante divinâ potentiâ; omnis autem potentia creatâ quantum est de se defectiva est, nec est purè activa; ergo quantumcumq; faciat modicam operationem, necesse habet adjuvari ab eâ potentiâ, quæ est actus purus propter omnimodam impermixtionem cum materiâ, & quæ sola sibi sufficit, nullo modo indigens adjuvari ab aliâ causâ. Et idè hæc propositio, quæ dicit omnem actionem esse à Deo, solum quod actio est, absque omni ambiguitate tenenda est. ita Sanctissimus Doctor Bonaventura. Eundem concursum probat Sanctus Bernardus in libro de libero arbitrio, versus finem dicens: Deus voluntatem applicat operi, & opus explicat voluntati; Ita ibi. Sed applicare & movere perinde se habent, sicut in idem recidunt, quod artifex moveat instrumentum, ac quod illud applicet.

Tandem ex Aristotele, & S. Thom. 8. phys. tex. 35.

5. Denique hanc doctrinam ortum duxisse ab Aristotele totius Philosophiæ Principe passim volunt Scholastici, inter quos nobilissimus ejus Interpres D. Thomas 8. Physicor. textu 35. dicens: Utraque igitur movere dicimus, & primum & ultimum moventium: sed magis primum; illud enim movet ultimum,

sed non hoc primum, & sine primo quidem ultimum non movebit; illud autem sine hoc; ut baculus non movebit nisi moveatur ab homine. Ita ibi. Nec est audiendus Penotus, dum ait, nihil firmum posse colligi ex Aristotele ad ostendendum, voluntatem in suos actus à Deo moveri; tum quia in eo textu universaliter loquitur Philosophus; tum quia receptissimum est in Scholis alterum ejusdem principium, scilicet omne quod movetur ab alio movetur.

LECTIO II.

Patrum Dominicanorum expenditur Placitum.

6. Prima in hoc puncto sententia, quæ à Magistro Bannez radices fecit in Illustrissimâ PP. Dominicanorum Scholâ, asserit, Deum prædeterminatione quâdam physicâ liberè arbitrium præmovere quoad exercitium operandi ita, ut prædeterminatio ad voluntatis consensum: non solum ipsum consensum antecedit, ad quem datur, & applicat voluntatem; sed tali vi, & efficacîâ præmoveat, ut impossibile sit, quod liberum arbitrium, post eâ physicâ prædeterminatione, conjungat, & ponat actum contrarium, sive dissensum cum illâ. Hæc opinio ut jacet à Magistro Bannez ad posteros usque hujus Scholæ Doctores sic pervasit, ut eam velut primum certissimumque principium sibi præfigant ad expediendas controversias de Auxiliis, aliasque difficultates, quæ meliorem suæ Theologiæ partem occupant. Quia tamen ab incunabulis minimæ nostræ Societatis Jesu Doctores nostri vires & animum contra hunc opinandi modum acriter intenderunt, nec usquequaque disputandi calor defervit ex frequenti incurfu disputantium, plura antiqua noviter dicta sic apprehendo, ut nisi explicentur, & nobis constet, quæ jam licet eorum mens, vel potiùs loquendi modus, oleum & operam ludere, nobis necessum erit, nec sine magno hujus gravissimæ controversiæ præjudicio; à quâ potissimum pendet concordia gratiæ efficacis, & aliorum actuum divinorum cum libero arbitrio. Id ergo non aliter præstabo, nisi puro veritatis candore percurrendo Recentiorum Dominicanorum sensum, & quoad fieri possit, modos etiam loquendi.

Expenditur prima prædeterminatio à Thomistis acriter propugnata.

7. Igitur in controversiâ, de quâ agimus, est primum adversæ partis principium, Deum non solum moraliter movere liberum arbitrium ad operandum, scilicet ei objectum per illustrationem aliquam proponendo; sed etiam eum physicè præmovere immitendo videlicet, & infundendo potentiam liberæ

Principia recentiorum quibus immititur physica Thomistarum prædeterminatio liberæ

Compe
et
Ripalda

libere aliquid, quo liberum arbitrium motum suas liberas operationes eliciat. Ita ut haec praemotio sit immutatio quaedam physica voluntatis. Sic omnes Contrarii cum Magistro Gonet tomo 3. disput. 6. artic. 2. & Ill. mo Godoy,

8. Secundum principium est, Deum non solum liberum arbitrium praemovere praemotio ad consensum antecedenti; sed etiam physice praedeterminare voluntatem ad unum; ita scilicet, ut voluntas, quae ex se est indifferens ad amandum vel odio habendum, sive ad amandum, vel non amandum praedeterminetur physica illa, & praevia motione ad amandum potius, quam odio habendum, vel potius ad amandum, quam non amandum. Ita Schola contraria, ut colligitur ex Gonet loco citato §. 4.

9. Tertium ejusdem Scholae principium est, voluntatem, quae erat in potentia ad operandum, constitui praedeterminatione divina in ratione principii actualis operationis, non quod physica praedeterminatio sit ipsa voluntatis operatio; sed quod ipsa voluntas, quae mere passivè se habet respectu praedeterminationis, per istam constituatur in ratione principii actualis, seu actualiter elicentis volitionem, habentisque cum ipsa volitione indissolubilem nexum; quia constitutum principii actualis, ut ait Gonet, duo habet, nimirum & quod sit indissolubiter connexum cum ipsa operatione (im-plicat enim, dari actualem operationis principium, & non poni ipsam operationem) & quod eam prioritare saltem naturae antecedar. Ita idem Magister, ut constat ex suo §. 7.

10. Quartum principium est, actualem operationem voluntatis esse impossibilem, nisi Deus imprimat voluntati creatae, sive libero arbitrio physicam illam praedeterminationem; item carentiam, sive omissionem liberam actualis operationis, sive actum oppositum illius operationis ad quam datur physica praedeterminatio, esse omnino impossibilem cum tali praedeterminatione, ita ut tam chymera sit conjunctio carentiae operationis, vel actus oppositi cum physica praedeterminatione, ac hominem equum dicimus chymeram. Ita Gonet per totam disputationem citatam, & omnes ejusdem Scholae Recentiores tam in eorum scriptis, quam in publicis disputationibus.

11. Quintum principium est, Deum movere, praedeterminare voluntatem motione illa praevia, secundum ejus conditionem, & naturam; ita tamen, ut ex necessitate non moveatur; sed maneat indifferens non indifferentiâ potentiali, & suspensivâ (repugnat enim voluntatem efficaciter moveri ad agendum, & tamen manere in mera potentia indeterminatione, ac suspensione) sed indifferentiâ actuali & positiva; quia ita illa movet

Theol.

ut sub divina motione semper retineat dissentendi potentiam, quia quavis per divinam motionem praedeterminetur ad unum, indeterminatè se habet ad alia. Ita Magister Gonet §. 15.

12. Igitur in hoc principio mens Recentiorum hujus Scholae est primò quod voluntas nostra ut est, & consideratur ante motionem divinam, habeat solum potentialem & suspensivam indifferentiam eò quod voluntati deficiat actus divinae motionis, quo illa potentialis indifferentia suppletur in ratione principii actualis, & in esse talis constituitur per eam motionem. Secundò, quod voluntas posita illa motione Dei, jam non remanet cum indifferentia potentiali, & suspensivâ. Tum quia indifferentia potentialis jam est in actu per talem motionem: Tum quia jam est determinata per illam ad amorem v. g. & sic non se habet suspensivè respectu amoris, cum ad illum sit infallibiliter determinata: Tertio, quod voluntas licet sit determinata, aut praedeterminata ad amorem, adhuc sub tali praedeterminatione, & prout illi substat, retinet dissentendi potentiam, & in alia objecta, & particularia bona tendendi. Unde si tot terminorum multiplicationem excusemus, ut videtur, nihil sibi volunt, nec intendunt Dominicani Patres, quam hoc, scilicet voluntatem sine illius motionis complemento, & applicatione, se habere tanquam potentiam remotam ad actualem operationem ex defectu illius requisiti necessarii, sicut ignis sine applicatione ad passum se habet non ut potentia proxima, & expedita ad comburendum; sed solum ut potentia remota: posita verò jam praedeterminatione ad amorem, se habere respectu amoris ut potentiam proximam, & completam, sive ut potentiam applicatam ad illum: ac verò respectu odii, & aliorum objectorum se habere tanquam potentiam remotam in ratione principii actualis eò quod non est applicata à Deo ex defectu divinae praemotiois ad entitatem odii, & aliorum actuum.

13. Ex his principiis plura deducunt hujus Scholae Recentiores, quae tum in suis libris, tum in publicis Theatris uno ore passim ab ipsis proferuntur. Inferunt enim primò, cõcedendum esse hanc physicam praedeterminationem ad materiale actus mali, quin hoc repugnet primae causae sanctitati, Inferunt secundò, alia plura, quae tum ex eorum responsione ad argumenta nostra, tum ex dicendis alibi, dum de concordia liberi arbitrii cum efficaciam gratiae disputemus, latiori calamo constabunt: est enim longè diversa controversia, an liberum arbitrium moveatur à Deo per hanc physicam praedeterminationem à calia, quae perit an efficaciam gratiae in illa consistat.

Expendimus Thomisticae doctrinae nucleum.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

17. 20. 19.

LECTIO III.

*Physica Patrum Dominicanorum
prædeterminatio ab autoritate
Divi Thomæ convellitur.*

14. **U**T ab ipsis fundamentis convulsa Physicæ prædeterminationis machina per se concidat primum concertationis arietem ex Angelico Doctore ei admoveamus, ut quod M. Gonetus nobis intemptivo plausu fugillat merito in ipsius caput regerere possimus cum Enquerio hom. 2. sic dicente: *Varius enim absque dubio nititur privilegii, qui causam de adversariis asserit instrumentis: speciosa victoria est, contrariam partem chartulis suis, veluti propriis laqueis irretire.* Ita ille. Et ut id efficaciter præstem. Dicendum iudico, Divum Thomam sic sentire pro libero arbitrio contra physicam prædeterminationem, ut solus ille contra Dominicanos Patres nobis sufficeret. Assumptum probo primo ex Divo Thomâ quodlibeto 1. artic. 8. adz ubi ait: *Dicendum quod Deus movet omnia secundum modum eorum: & ided divina motio à quibusdam participatur cum necessitate à naturâ, à rationali cum libertate propter hoc, quod virtus rationalis se habet ad opposita, & ided Deus movet mentem humanam ad bonum quod tamen potest motioni resistere, & sic ex Deo est, ut homo se ad gratiam præparet; sed quod gratiâ careat, non habet causam à Deo, sed ab homine secundum illud Osee 13. Perditio tua ex te Israël, tantummodò ex me auxilium tuum.* Sic ibi Angelicus Doctor.

15. Ex quibus unum, vel alterum discursum formamus. Sit primum. Deus movet omnia secundum modum eorum scilicet causas necessarias, & naturales, & causas etiam liberas. Sed causa naturalis & necessaria habet modum determinationis ad unum, sicut ignis habet suum modum; scilicet quod ex naturâ suâ sit determinatus ad comburendum. Ergo motio divina, quâ Deus movet ignem ad operandum habet hunc modum determinationis ad unum; scilicet ad solùm comburendum: quia non comburere, vel etiam infrigidare non sunt secundum modum ignis, qui ex naturâ suâ est ad solam combustionem determinatus. Subsumo nunc, Atqui modus causæ liberæ, sive liberi arbitrii non est solùm ad amandum, nec solùm ad non amandum, nec item solùm ad odò habendum. Sed modus illius est ad utrumlibet ex naturâ suâ, scilicet ad amandum vel non amandum, ad amandum, vel odio habendum. Ergo motio divina, quâ Deus liberum arbitrium movet, habet

hunc modum determinationis; ita scilicet movere voluntatem, ut ex se indifferenter moveat liberum arbitrium secundum ipsius modum indifferentiæ, & dominii. Atqui prædeterminatio physica voluntatis ad amorem tantum, est cum illo essentialiter connexa. Ergo omnino contraria prædictæ motioni, quam docuit Divus Thomas: Ergo alia est motio Divi Thomæ, & longè alia, quàm intrusam à Bañez contrarii nostri defensant.

15. Vel clariùs, Liberum arbitrium ex suis propriis, & intrinsicis viribus est potius ad nolendum, vel non? Si primum, non indiget tuâ physicâ prædeterminatione ad tollendam indifferentiam arbitrii. Si secundum, ergo liberum arbitrium ex parte suæ potentia non habet hunc modum, scilicet esse potius potentiam ad nolitionem, quàm ad volitionem. Tunc sic. Sed physica prædeterminatio semper est ex naturâ suâ determinata ad unum; v. g. ad nolitionem potius, quàm ad volitionem, vel è contra, ut ipsimet Adversarii fatentur. Ergo alius est modus liberi arbitrii, & longè alius, & diversus modus physice prædeterminationis: non igitur potuit cadere in Angelicam Divi Thomæ mentem physica prædeterminatio; sed solùm motio indifferenter se habens, & secundum modum indifferentiæ, & dominii movens liberum arbitrium ad operandum.

17. Secundus discursus potest sic produci. Juxta Divum Thomam sic Deus mentem humanam movet ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere, ut patet ex eisdem verbis. Stemus hic simul, & unum solùm de mente Divi Thomæ consulamus. Vel ergo mens humana potest huic motioni resistere ita, ita ut actualis resistentia sit possibile, antequam Deus hanc motionem infundat, eamque libera potentia recipiat: vel ita, ut actualis resistentia sit in eo instanti possibilis, in quo divina motio esse in voluntate supponitur; vel denique ita, ut actualis resistentia sit possibilis in alio instanti, in quo jam non sit illa motio? Certè unum ex his non poterit Adversarius effugere; nam ex certissimo in omni Scholâ principio, & naturali lumine noto, possibile positum in actu eo pacto, quo est possibile, nullam contradictionem involvit. Si ergo dicatur primum, scilicet quod actualis resistentia voluntatis solùm sit possibilis, antequam Deus ei motionem infundat, eamque libera potentia recipiat; contra est efficaciter. Ergo voluntas solùm potest divinæ motioni resistere, antequam in voluntate existat divina motio. O gloriosum triumphum, hostem non existentem posse devincere, eique resistere! Unde verba Divi Thomæ, scilicet: *Sic Deus mentem humanam movet ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere: nobis hunc*

Sic S. Th. cõtra physicam prædeterminationem pugnat, ut solus ille cõtra PP. Dominicanos nobis sufficiat.

Ex prædicto testimonio primum et formamus discursum Adversarios efficaciter impotentem.

Clariùs Propositus ratio clarior factum.

Altero discursu Thomæ ista est: Mens humana potest voluntatis potentiam liberam ad resistendum motioni divinæ resistere: vel motioni divinæ resistere: vel motioni divinæ resistere: vel motioni divinæ resistere.

sensum adherent. Sic, Deus movet mentem humanam ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere, antequam existat hæc motio: qui sensus præterquam quod risu excipiendus, contradictionem involvit; si enim Deus movet; si huic motioni potest resistere, quomodo resistentia possibilis potest referri ad motionem antequam existat?

Reliqua dilemma ris extrema moventur

18. Si tamen tertium admitatur, scilicet quod actualis resistentia sit possibilis in alio instanti, in quo jam non sit illa motio; contra etiam est. Ergo voluntas solum potest motioni resistere, ita ut actualis resistentia voluntatis sit possibilis pro eo instanti, pro eo quidem tempore, quo transierit & jam non sit talis motio divina. O insignem, promptam, & expeditam voluntatis nostræ victoriam! Ac si Turca nos suo exercitu cingeret, & gregarius de turba miles in medium proficeret, seque ipsum jactans diceret: estote animi, excutite metum; quid hostem formidatis? Ego solus nunc retineo potentiam ad resistendum Turcarum copiis; sed actualis mea resistentia solum est possibilis, postquam Turca de terrâ nostrâ decesserit. Quis non rideret inanem illam potentiam ad resistendum hostibus? At si tertium illud dilemmatis amplectantur Contrarii, potentiam resistendi in voluntate, adhuc existente motione, non negamus; sed non esse majori commendatione dignum, ac fuisse illa militis gregarii, potentiam planè asserimus, sensu omninò alieno à mente D. Thomæ.

19. Restat jam solam secundam dilemmatis pars, ad quam cogimus, & prædeterminamus Adversarium. Si ergo secundum hæc asserat, scilicet quod actualis resistentia sit in eo instanti possibilis, & pro eo, in quo talis divina motio esse in voluntate supponitur: ergo actualis resistentia voluntatis est possibilis in eodem instanti cum illâ motione ex suppositione, quod illa in eo existat instanti: ergo actualis resistentia non solum est possibilis simpliciter; sed etiam simpliciter compossibilis in eodem instanti cum illâ motione. Probo consequentiam. Quia juxta Contrarios actualis huic motioni resistentia est in eodem instanti possibilis, in quo talis divina motio esse, aut existere in voluntate supponitur, Sed ex suppositione quod in eo instanti talis motio existat, impossibile est, eam non existere; quia res dum est, necesse est esse. Ergo si actualis resistentia est possibilis in eo, & pro eo instanti, sequitur etiam quod sit cum illâ motione compossibilis in eo, & pro eo instanti.

Resutatur Gonetis distingues motionem physicam & morale

20. Hinc manet præoccupata solutio Magistri Gonetii tomo 3. disp. 6. ubi duplicem motionem distinguit, aliam moralem, & morale cui voluntas, tam in sensu composito, quam

diviso, tam potentiâ antecedenti, quam potentiâ consequenti potest resistere, & de facto resistit: quæ motio dicitur purè excitans, & tantum sufficiens præbet auxilium. Aliam verò motionem physicè prædeterminatam, & in quâ stat physicè prædeterminatio: cui voluntas nunquam resistit, nec potest illi resistere in sensu composito, & potentiâ consequente; hoc est, primæ motioni ita potest resistere, ut cum illâ possit componere & cōjungere dissentium: at verò secundæ motioni ita potest resistere, ut licet possit ponere dissentium; non tamen potest cum illa resistentiam, sive dissentium componere. Ita Gonetus, qui hoc effugio nobis herbam porrigit, atque campum.

consa rationem nostram evadere.

21. Rem ostendo. Vel ergo locus Divi Thomæ, scilicet quod voluntas potest divinæ motui resistere, intelligitur in Scholâ Dominicanâ de motione purè existenti, & morali; vel de motione physicè prædeterminante? Si primum: ergo præcipua eorum arma, quæ nituntur in eo, quod milles repetat Divus Thomas, scilicet causam primam movere secundas, ac proinde liberum arbitrium ad operandum; inutilia redduntur contra majorem Doctorum nostrorum partem; cum illi omnia Divi Thomæ loca æquæ, ac facile possint interpretari de motione excitanti & morali; non verò de physicâ & reali; aut ostendat clavem, quam Angelicus Doctor ad sua aperienda loca ipsis præstitit, & nostris denegaverit. Præterea verba illa Divi Thomæ, scilicet; *Dicendum quod Deus movet omnia secundum modum eorum; & idèò divina motio à quibusdam participatur cum necessitate à naturâ, à rationali cum libertate, &c.* Satis ostendunt motionem in ratione causæ universalis: nec habet hic locum motio moralis, & excitans: nam causæ necessariæ, quæ cum necessitate participant motionem illam, ut expressè docet S. Doctor, non possunt moralem participare motionem.

Non est intelligendus S. Th. de divinâ motione morali.

22. Si secundum, invictæ manent adhuc rationes nostræ supra exarata: Tum quia eandem vim, & efficaciam, quam habet voluntas consequens, & efficax Dei, habet in Scholâ contrariâ prædeterminatio, seu præmotio physica. Sed voluntati efficaci Dei, nec in sensu composito, nec in sensu diviso, nec potentiâ antecedenti voluntas potest resistere: ergo nec physicæ prædeterminationi. Minor communiter ab Adversariis conceditur, & est expressè Divi Thomæ pluribus in locis, & præcipuè in quolibet. 1. art. 3. dicentis: *Prædestinatio habet certitudinem ex parte scientiæ Dei, qui non potest falli: & ex parte voluntatis divinæ, cui non potest aliquid resistere.* Ita Divus Thomas. Ergo si prædeterminatio physica, aut motio divina cum consensu eandem essentialem connexionem

Capitulus est ergo de motione physicâ, cui non ponitur à Thomistis nec in sensu diviso, nec in composito, nec antecedenti, nec consequenti potentia resistere potest voluntas

haberet, ad habet voluntas, sive volitio Dei moventis, sicut docet Magister Anglicus, quod nulla res potest divinæ voluntati resistere, eadem consequentiā doceret, quod voluntas non possit resistere physicæ, & præcise motioni divinæ. At in loco, quo Prædeterminatores urgemus, oppositum edocet, dum ait: *Sic Deus movet mentem humanam ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere.* Ergo, &c.

22. Ad hæc venit addendum illud, quod infra expendemus, scilicet eam potentiam, quam habet voluntas ad resistendum motioni, scilicet antecedentem, non verò consequentem; in sensu diviso, non verò in sensu cōposito, quod solet esse contrariorum azyllum; eam, inquam, etiam habiturum gregarium illum militem (de quo supra) ad resistendum inimicis, videlicet antecedentem, & in sensu diviso; & tamen eam esse inanem, resistendi potentiam, nemo erit, qui dubitet. Hunc præjactum Divi Thomæ locum lento ac spatiofo calamo ideò evolvimus: tum quia singularis admodum est, & non ita inter nostros Doctores frequens. Tum quia potest esse Achilles omnia evergens contraria Scholæ principia. Nunc ergo plura alia Sancti Doctoris testimonia prædeterminationem physicam oppugnantia, breviter percurramus.

23. Secundus locus sumitur ex quaest. 22. de Veritate, art. 6. in corpore ait 6. ubi ait: *Ex hoc aliquid dicitur necessarium, quod est immutabiliter determinatum ad unum.* Ergo voluntas, posita physicā prædeterminatione ad amorem, non dicitur causa libera respectu amoris: sed necessaria. Probo consequentiam. Posita in voluntate physicā prædeterminatione ad amorem, voluntas est immutabiliter non solum determinata, sed prædeterminata ad amorem. Atqui ex hoc aliquid dicitur necessarium, juxta D. Thomam; quod est immutabiliter determinatum ad unum. Ergo. Minor est Divi Thomæ. Probatur major. Quia qui recipit formam essentialiter & immutabiliter connexam cum aliquo effectu, ex immutabilitate formæ ad talem effectum, determinatur eadem immutabilitate ad illum. Nec obstat, quod voluntas non sit ex naturâ suâ determinatâ ad talem effectum potius quàm alium: hoc enim est, quod intendimus, quod scilicet voluntas ex se libera ab agente extrinseco per determinationem physicam necessitatur, sicut aqua licet ex naturâ suâ sit determinata ad frigefaciendum, si ei ab extrinseco agente calor adveniat per illum necessariò determinatur ad per accidens calefaciendum.

3. Locus Ang. Doctoris de sumitur ex eisdem qu. & ar. 24. Tertius locus sumitur ex eisdem quaestione & articulo, in quibus ait: *Cum Deus omnia moveat secundum conditionem mobilitatis, ut levia sursum, & gravia deorsum, etiam voluntatem movet secundum ejus conditionem, non*

ut ex necessitate; sed ut indeterminatè se habentem ad multa. Ita ibi. Tunc sic primò. Sed conditio voluntatis non est ad unum. Ergo Deus non prædeterminat eam ad unum. Secundo. Quia ly. *Non ut ex necessitate, sed ut indeterminatè se habentem ad multa;* sunt termini inter quos Divus Thomas non invenit medium; aliàs nihil concluderet. Ergo si motio divina non movet indifferenter, & indeterminatè voluntatem ad multa, ita ut voluntas sic mota pro suo libero arbitrio eligat unum potius, quàm aliud, liberum arbitrium ex necessitate movebitur.

25. Quarto. In secundo sententiarum 4. Argum. 1. art. 1. ait: *Ipsa potentia voluntatis, quantum in se est, indifferens est ad plura, sed quod determinatè exeat in hunc actum, vel in illam, non est ab alio determinante, sed ab ipsa voluntate.* Atqui Dominicanorū Scholæ oppositum omnino docet, dum ait, quod voluntas ex se est indifferens, sed quod determinatè exeat in hunc actum potius quàm in illud, non provenire ab ipsa voluntate, sed à Deo physicā prædeterminatione ipsam promovente ad hunc actum potius, quàm alium. Ergo contra Divum Thomam.

26. Quintò. Hoc ipsum clarè ostendit Sanctus Doctor, ubi supra dist. 2. ubi ait: *Deus movet voluntatem hominis, sicut universalis motor ad universale objectum voluntatis, quod est bonum, & sine hac universali motione homo non potest aliquid velle; sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc, vel illud, quod est verè bonum, vel apparens bonum.* Ita ibi. Tunc sic. Primò juxta Divum Thomam licet homo sine motione Dei ut primo moventis non possit aliquid velle; tamen eâ posita: se determinat ad hoc, vel illud, licet esse non possit sine motione Dei, erit tamen à voluntate liberâ, posita motione. Secundo. Quia Deus movet ad universale objectum. Ergo non movet per physicam prædeterminationem. Consequentia probatur. Quia prædeterminatio, ut docent Contrarii, est ad unum actum determinatè potius, quàm alterum, ad unum objectum potius quàm aliud. Sed unum objectum potius quàm aliud, non est universale objectum. Ergo &c.

27. Sextò. Idem Sanctus lib. 3. contra gentes, cap. 66. num. 5. ait: *Primum autem in omnibus effectibus est esse: nam omnia alia sunt determinationes ipsius. Igitur esse est proprius effectus primi agentis, omnia alia agunt ipsum, in quantum agunt in virtute primæ gentis. Secunda autem agentia, que sunt quasi particularisantes, & determinantes actionem primi agentis, agunt sicut proprios effectus alias perfectiones, que determinant esse.* Ita ibi. Tunc sic. Actio primi agentis, quam recipit causa secunda, sive secundum agens ad operandum, est ipsa physica Dominicanorum prædeterminatio. Sed juxta Divum Thomam secunda agentia, ac proinde voluntates nostræ particularizant, &

Illud Divi Thomæ testimonium ex qu. 22. de verit. ar. 6. in corpore, unde efficaciter Thomistas urgemus.

4. Argum. 1. art. 1. sent. q. 1. art. 1. 5. ex eod. S. Doct. ubi supra dist. 2.

6. de lib. arbitrii, contra gentes, c. 66. n. 5. unde præter sens. feb. natiuitatis

& determinat physicam prædeterminationem : atqui non determinat illam per modum causæ efficientis : Tum quia primum movens à nullo efficienter movetur ; tum quia, ut Schola contraria docet, respectu actionis primi moventis secundum agens purè passivè se habet. Ergo secundum agens solum determinat actionem Dei quantum ad suam propriam operationem, v.g. actio primi moventis cum ex se sit indifferens, & universalis, utpotè agentis infiniti, & sufficientis ad omnia, in igne recepta determinatur ad calefaciendum, & non ad alium effectum : quia ignis ex se est determinatus ad solum calefaciendum : at verò recepta in secundo agente libero, non determinatur solum ad volendum; quia liberum agens non est solum ad velle, sed ad velle & nolle: ac proinde actio Dei, quæ secundum se considerata ; utpotè agentis universalis ex se erat indifferens, & universaliter se habens ad omnes effectus qui sunt intra spheram causæ, primæ, recepta in nostrâ voluntate, jam non est indifferens ad omnes illos effectus in universali : sed solum est indifferens ad velle & nolle; ad consensum & dissensum, qui sunt intra spheram liberi arbitrii ipsam recipientis : quia quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur.

26. Hinc est, quod actio, seu motio divina posita in voluntate, non est connexa cum uno actu, vel cum uno objecto, ut edocent Adversarii de prædeterminatione, sed indifferenter se habens secundum indifferentiam voluntatis ad hunc, vel illum actum, ad hoc vel illud objectum, quæ per ratione proponuntur voluntati: jam verò cum eligere sit tam proprius, & peculiaris effectus nostri liberi arbitrii, sicut calefacere est proprius effectus ignis; liberum arbitrium pro sua indifferentiâ dominii determinat actionem Dei ad hoc potius bonum, quam aliud, ad hunc actum potius, quam alium, sicut ignis determinat actionem divinam, quâ movetur ad calefaciendum, ad quem effectum naturâ suâ est determinatus, licet certum sit, quod tam liberum, quam necessarium agens sine actione & motione Dei non possint proximè suos effectus operari.

7. Ex lib. 2. contra gentes c. 6. 27. Septimò. Idem clarè insinuat Sanctus Doctor I. contra gentes cap. 6. dicens : *Dominium autem, quod habet voluntas supra suos actus, per quod in ejus est potestate velle, vel non velle, excludit determinationem virtutis ad ad unum, & violentiam cause exterioris agentis, non autem excludit influentiam superioris cause, à quâ est & esse, & operari.* Ita Sanctus Thomas. Tunc sic. Voluntas ut est domina suorum actuum non excludit influentiam Dei ad operandum, sed excludit determinationem virtutis ad unum : Ergo influentia Dei non stat in physicâ prædeterminatione, quæ determinat voluntatem ad unum.

28. Octavò. Lib. 3. contra gentes, cap. 90. ait. *Quod Gregorius Nisenus dicit in libro, quem de homine fecit, providentia est eorum, quæ non sunt in nobis, non autem eorum, quæ sunt in nobis : & Damascenus eum sequens, dicit in secundo libro, quod ea, quæ sunt in nobis, Deus prænoscit, sed non prædeterminat. Exponenda sunt, ut intelligantur, ea quæ sunt in nobis, divina determinationi non esse subjecta, quasi ab eâ necessitatem accipientia.* Ita ibi. Ubi ponderandum est, prædeterminare actus, qui sunt in nostrâ potestate (quod negat Damascenus) in ore Divi Thomæ idem esse, ac ad illos voluntatem necessitatem accipere.

29. Hic sistimus, non quia plura alia loca Divi Thomæ, in quæ calamus facilè decurreret, non suppetant ; sed quia ex dictis clarè ostenditur, Divum Thomam nostrum liberum arbitrium semper vindicasse à physicâ prædeterminatione, quam Magister Bañez suæ obrudat Scholæ, & à nostrâ Sapientissimus Pater Molina repellere conatus fuit. Tum etiam quia plura ex eodem Angelico Magistro in cursu philosophico dedimus, & alia in hujus operis decursu præstabimus, præcipuè in Concordiâ liberi arbitrii cum gratiâ efficaci.

LECTIO IV.

Nostrorum à ratione arma ad Theologicum M. Gonetii clypeum noviter examinantur contra physicam prædeterminationem.

30. **U**T nostrorum conatus, quibus in dies Jesuitica invalefcit Schola, irritos omninò redderet Gonetus, clypeum suæ Theologiæ laboravit, quo ita excipit nostrorum jacula contra physicam prædeterminationem, ut illo solummodò objecto, facilè putet, ad irritum cadere nostrorum rationum ictus. An verò sit vera, sicut est facilis, illius existimatio, non melius constabit, quam si expendamus, quo pacto vim nostrorum argumentorum aut declinet, aut suo clypeo repellat.

Nostratæ rationum arma ad Gonetii clypeum noviter examinamus.

31. Sit ergo nostrorum primum argumentum. Liberum agens, quatenus tale est, suppositis ad agendum prærequisitis, potest agere in sensu composito : ergo & non agere in eodem sensu. Patet consequentia Tum ex indifferentiâ arbitrio libero competenti Tum etiam ex communi Doctorum sensu, qui cum docent illud esse liberum agens, quod potest agere & non agere. Utrumque sine dubio eodem modo usurpant, & eodem modo posse dijudicât. Ergo si agens liberum non agere, positus

Primum Nostrorū argumentū innititur libertati potenti componere cum prærequisitis ad agendum, ipsum non agere,

positis omnibus ad agendum praequisitis potest agere in sensu composito, poterit etiam eodem modo non agere. Tunc, sic, posse agere in sensu composito, est posse componere actionem cum physica praedeterminatione, quae in Schola contraria est unum de praequisitis ad operandum: similiter posse non agere in sensu composito, est posse componere non actionem, seu istius negationem cum eadem physica praedeterminatione. Atqui posita physica praedeterminatione, liberum arbitrium, seu voluntas non potest componere non actionem, sive istius negationem cum physica praedeterminatione, ut omnes Contrarii fatentur. Ergo physica praedeterminatione posita, non remanet voluntas libera ad agere, & non agere.

Distinguit M. Gonet praequisita ex parte potentiae, & actus 1. & ex parte potentiae applicatae vel applicationis potentiae.

32. Hunc primum clypeo tectus M. Gonet sic declinat ictum, ex illoque tota ejus Schola. Ad primum, inquit, distinguo antecedens: liberum agens, suppositis ad agendum praequisitis ex parte potentiae, & actus primi potest agere in sensu composito, concedo antecedens; praequisitis ex parte potentiae applicatae, vel applicationis potentiae & actus secundi, nego antecedens. His enim positis, liberum arbitrium, sive agens liberum, proprie loquendo, non potest agere, sed de facto agit, & est in exercitio actuali suae libertatis: unde implicat, quod cum illis negationem actionis componat; alias simul ageret & non ageret. Ita Gonetus. Et paulo infra. Quod physica praedeterminatio licet sit praequisitum ad operandum, non est de illis, quae se tenent ex parte actus primi, & virtutis operativae; sed solum est requisitum ex parte actus secundi; quia applicat voluntatem, eamque; reducit de actu primo ad secundum, constituens illam in esse principii actualis operationis, quo requisito posito, agens non potest agere, & non agere; sed de facto agit, retinendo tamen potentiam ad non agendum, seu ad non continuandam actionem, quam elicit. Ita ille tomo 2. disput. 6. de concord. libert. §. 2. num. 121.

Nucleus solutionis proponitur,

33. Verum dum singula percurro, quae sparsim in hac solutione dicuntur, iterato ictu, & majori vi devolvitur argumentum. Ait primo, physicam praedeterminationem esse requisitum ad operandum ex parte actus secundi, & non ex parte actus primi. Ait secundo per illam constitui potentiam liberam in esse principii actualis operationis, ac proinde reduci potentiam de actu primo ad secundum. Ait tertio posita praedeterminatione, agens liberum non posse agere, vel non agere; sed de facto agere, retinendo tamen potentiam ad non agendum, sive ad non continuandam actionem, quem elicit. Verum haec majori difficultate laborant.

31. Ostendo primum: Tum quia si species se habeat per modum applicantis potentiam visivam ad videndum obiectum: tamen in sententia contraria species non est requisitum ex parte actus secundi; sed solum ex parte actus primi. Ergo licet praedeterminatio physica se habeat per modum applicantis potentiam liberam ad amandum obiectum, se debet tenere ex parte actus primi. Patet consequentia. Quia proprietates, quas Schola contraria adscribit suae praedeterminationi, servatae potentiarum analogia, tribuuntur facili specie impressae, ut latere ostendam suo loco, ubi hoc principium convellimus.

35. Ostendo secundum. Quia potentia ante physicam praedeterminationem erat in potentia ad volendum & nolendum, se suspensivè habens ad utrumque actum, utpote carens actualitate divinae motionis, quae constituitur in esse principii actualis operationis: haec enim est mens Contrariorum suismet terminis expressa. Tunc sic. Vel illa potentia libera indifferens ad volendum, vel nolendum, est pure suspensiva ad utrumque actum, ut consideratur sine hac praedeterminatione, vel ad illam antecedit, vel est proxime potens velle & nolle, vel solum remote potens? Non primum. Tum quia potentia proxima ad operandum est potentia applicata, & cui ad agendum nullum deficit requisitum. Atqui juxta Adversarios potentia libera sine physica praedeterminatione non est applicata ad operandum. Ergo sine illa non est proxime potens operari. Major probatur. Quia potentia approximata ad operandum, & potentia ad idem applicata pro eodem sumuntur: Tum etiam quia potentia approximata, vel potens proxime operari, semper est conjuncta suae operationi juxta naturam talis potentiae vel liberae, vel necessariae. Atqui juxta Contrarios potentia libera sine tali praedeterminatione non est conjuncta operationi; alias jam subterfugeret divinum dominium, nec esset subiecta primo moventi, & alia quae nobis solent ab Adversariis objici. Ergo ut consideratur sine praedeterminatione, sive ut ad illam antecedit potentia libera non est proxime potens ad volendum, vel nolendum.

36. Si verò secundum dicatur, quod scilicet potentia libera ut consideratur sine tali praedeterminatione, vel ut illam antecedit, solum est remote potens ad volendum, vel nolendum: sic arguo. Illa potentia est remote potens ad utrumlibet actum, scilicet velle, & nolle: non ita ut simul possit utrumque ponere actum, simultate se habente ex parte utriusque actus; ad hoc autem, cum sit simpliciter impossibile, non datur potentia libera adhuc remora. Sed taliter ut simul simultate ex parte potentiae sit potens remote

Ostendo Thomisti cam prae motione non esse requisitum ex parte actus 2. a paritate speciei applicantis vim ad videndum obiectum. Ripalda ostendo, nec per se iam contrarium potentiam liberam in esse principii actualis operationis. Ripalda ostendo, nec per se iam contrarium potentiam liberam in esse principii actualis operationis. Ostendit simultate potentiae liberae, & remote ad utrumque liber dicitur, sive potendum, non reduci ad actum 2. potentiae applicatae per Thomisti cam prae motione.

Compe
et
Ripalda

remotè ad utrumlibet actum divisivè ponendum, videlicet vel volitionem, nolitionem relicta, vel nolitionem, volitione relicta. Atqui hæc simulatas potentia libera, & remotæ ad utrumlibet actum divisivè ponendum, non reducit ad actum secundum potentia applicatæ, seu approximata ad operandum per illam physicam prædeterminationem. Ergo, &c. Major est Contrariorum. Minorem probò efficaciter. Simultas potentia libera ut remotè potentis ad volendum, vel nolendum, non est magis remotè potens ad volitionem, quam nolitionem, aut e contra. Ergo cum simulatas illius potentia libera, & remotæ reducit in actum secundum principii actualis ad operandum per illam physicam prædeterminationem, non magis manet approximata ad volitionem, quam volitionem. Tunc sic. Sed potentia libera prædeterminata ad volitionem, solum manet approximata vi prædeterminationis cum volitione connexæ, ad solum volitionem, & non ad nolitionem. Ergo simulatas potentia remotè potentis ad utrumlibet, non reducit per talem prædeterminationem de actu primo ad secundum, quo constituitur in esse principii actualis proximè applicati. Probatur consequentia. Simultas potentia in actu primo solum competit voluntati, quatenus voluntas est æquè potens ad volitionem, vel nolitionem. Atqui voluntas per prædeterminationem connexam. Ex natura sua cum volitione. non applicatur proximè ad nolitionem; sed solum ad volitionem. Ergo solum applicatur voluntas ut potentia volendi. Ergo simulatas potentia non reducit per physicam prædeterminationem de actu primo ad secundum, quo constituitur, completur, & redditur proximè potens liberè operari. Probatur hæc consequentia. Voluntas non est solum potentia volendi; sed est simul potentia volendi, vel nolendi. Sed solum completur, solum applicatur, & solum constituitur principium actuale operationis, ut est solum potentia volendi; cum certum sit juxta Adversarios, voluntatem compleri, & applicari per illam physicam prædeterminationem, quæ solum est ad volendum. Ergo.

37. Urgeo iterum. Ergo hæc physica prædeterminatio tollit dominium completum, proximum, & expeditum voluntatis. Probo consequentiam. Ante illam divinam motionem voluntas non habet dominium completum, proximum, & expeditum; quia dominium ejus est ad utrumlibet, velle scilicet vel nolle, sine illa autem motione neutrum potest agere voluntas, cum sit simpliciter impossibile, voluntatem operari, seclusa omni motione, aut prædeterminatione divina, ut est principium Scholæ contraria. Atqui posita prædeterminatione non habet voluntas dominium completum, proximum,

Theol.

& expeditum ad utrumlibet, cum per illam solum approximetur, & compleatur in esse principii actualis ad unam determinatè. Ergo voluntas nunquam habet dominium completum, proximum, & expeditum ad utrumlibet.

38. Ostendo tertium. In quo peccat solutio Gonetii, quod scilicet posita prædeterminatione, agens liberum non potest agere & non agere, sed quod de facto agit, retinendo tamen potentiam ad non agendum, sive ad non continuandam actionem, quam elicit. Stemus simul cum Gonetio, ut probemus, hanc doctrinam esse omninò à veritate alienam. Assumptum ergo probò. Illa potentia, quam retinet agens liberum ad non agendum sub illa motione, vel est potentia proxima non agendi, vel solum est remotæ? Si primum, ergo illa potentia æquè sub illa, & per illam motionem est approximata, & applicata ad non agendum: si autem hoc ita esset, hoc, quod est non agere, posset conjungi cum illa potentia sub illa motione; quia omnis actus est conjungibilis cum sua potentia proxima, & completæ: si necessarius, cum sua potentia proxima necessaria; si liber, cum sua potentia proxima libera. Et quia Patres Dominicani constanter id inficiantur, nos constantissimè dicimus, in eorum sententia actum esse de potentia similtatè potentia libera & proxima ad volendum, vel nolendum, & ad agendum, vel non agendum.

Omninò distat à veritate Gonetus asserens agens liberum physicè primum non posse agere, & non agere sed agendo retinere potentia ad non agendum: hæc enim proxima non est.

39. Si verò secundum dicat Gonetus? Ergo potentia quam liberum agens retinet, est potentia proxima agendi, & potentia remotæ non agendi; & si nunquam erit dare potentiam liberam æquè proximam, & ultimò completam ad agendum, & non agendum. Ergo liberum arbitrium in actu primo proximo, & completo, & in quo constituitur per illam Dei motionem, sic erit definiendum in sententia Patrum Dominicavorum: *Liberum arbitrium in actu proximo, & completo est potentia proxime agendi, & remotè non agendi; est sententia proxima volendi, & remotæ non volendi.* Quæ definitio liberi arbitrii contrariatur menti Conciliorum, præsertim Tridentini, & Sanctorum Patrum, præcipuè Magni Augustini, & Sancti Thomæ, ut constat ex Læctione præcedenti; & ulterius est contra communem omnium Scholasticorum sensum.

Ergo erit remotæ, sic autem nunquam dabitur potentia libera æquè proxima, & ultimo completa ad utrumlibet

40. Procedo ulterius. Juxta M. Gonetum voluntas prædeterminata ad agendum, sive amandum, retinet solum potentiam ad non continuandam actionem, sive amorem quem elicit. Ergo continuatio amoris, sive actionis solum esset evitabilis à voluntate mota, & taliter prædeterminatâ. Patet consequentia. Quia eâ ratione, quâ voluntas libera sub illa motione retinet potentiam ad non continuandam actionem, sive amorem,

Procedo ulterius insequendo Gonetum robustâ ratione.

B

retinet

retinet quoque potentiam ad evitandam continuationem amoris, ut ex ipsis terminis constat. Tum sic. Ergo voluntas prædeterminata ad agendum, sive amandum, quoad primum esse actionis, sive amoris, non retinet potentiam ad non agendum, sive ad non amandum quoad primum esse non actionis, seu primum non esse amoris. Patet consequentia. Quia continuatio actionis, sive amoris non est primum esse actionis, sive amoris; cum non continetur, nec conservetur, nisi quod prius fuit; sed est secundum esse actionis, sive amoris: nam sicut primo esse rei opponitur primum non esse rei: sic secundo esse, sive continuationi rei opponitur secundum non esse, sive non continuatio rei. Atqui juxta Gonetum, ut constat ex ejus verbis: voluntas prædeterminata ad agendum, vel amandum, sub illâ motione, sive in sensu composito illius, solum retinet potentiam ad secundum non esse actionis, sive amoris: sive quod idem est, ad non continuandam actionem, vel amorem; ac proinde voluntas sub illâ motione, & in sensu composito illius non retinet potentiam ad primum non esse actionis, sive ad evitandum primum esse amoris. Ergo Hic ita, quæ claro, & legitimo discursu deducuntur.

41. Mittamus jam verborum officias, excutiamus paleas, difflemus aristas, ut disputationis granum ad rationis ventilabrum expendamus. Ergo voluntas nostra semel à Deo prædeterminata, nec potentiam antecedenti, nec potentiam consequenti fuit unquam potens proximè ad primò amandum. Hanc consequentiam concedunt Sectarii nostri temporis, meritò tamen eam negat pia, iuxta unquam ista, ac de universali Ecclesiâ benemerita semper illustrissima, ac sapientissima Patrum Dominicanorum Familia. At si eorum stemus principis, vi formalis consequentiæ illud consequens esse concedendum, hoc discursu ex doctrina Divi Thomæ accepto, efficaciter contendimus.

42. Angelicus Præceptor, ut constat ex D. Th. autoritate 5. Lectione præcedenti allatâ, ex ejus testimonio 5. antecedenti lect. exarato. sic ait: *Deus movet voluntatem hominis ut universalis motor ad universale objectum voluntatis, quod est bonum; & sine hac universali motione homo non potest aliquid velle; sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud quod est verè bonum, vel apparens bonum.* Hoc supposito, arguo sic primò. Voluntatem prædeterminatam ad primò amandum, posse primò amare, vel primò non amare in actu primo, & potentiam antecedenti, nihil est aliud, quàm voluntatem, quæ est sub prædeterminatione, fuisse potentem in actu primo, & antecederet ad ipsam prædeterminationem ad primò amandum, vel primò non amandum. Atqui juxta Divum Thomam sine universali motione Dei, quæ apud

Patres Dominicanos est, & dicitur prædeterminatio physica, voluntas hominis non potest aliquid velle. Ergo voluntas hominis nunquam fuit proximè potens potentiam antecedenti ad primò amandum, vel primò non amandum. Patet consequentia. Quia si voluntas sine illâ universali motione, & potentiam antecedenti ad illam esset proximè potens ad primò amandum, vel primò non amandum, homo sine universali motione esset potens aliquid velle, ut constat. Sed hoc contradictoriè opponitur illi propositioni Sancti Thomæ scilicet: *Sine hac universali motione homo non potest aliquid velle.* Ergo.

43. Arguo secundò. Quando Divus Thomas verissimè & absolutè asserit, quod sine hac universali præviâ motione Dei homo non potest aliquid velle, aliquam potentiam illi negat; ac non negat, nec potuit negare potentiam remotam ad aliquid velle, ut est plerumque certum: ergo solum illi negat sine tali motione potentiam proximam ad aliquid velle, vel saltem negat illi aliquid quo voluntas constituitur proximè potens aliquid velle: ergo juxta mentem Divi Thomæ voluntas in actu primo, & prout est, aut consideratur potentiam antecedenti sine illâ motione universali Dei, non est potens proximè ad primò amandum, vel primò non amandum, ac per consequens nec potens proximè ad conjungendum primum esse amoris divisum à non amore, vel primum non esse amoris divisum ab amore. Ergo de primo ad ultimum voluntas determinata ad primò amandum, nunquam fuit in actu primo, proximo & completo, sive potentiam antecedenti potens proximè ad primò amandum, vel primò non amandum.

44. Jam verò quod voluntas prout est prædeterminata ad primò amandum, id est potentiam consequenti ipsam prædeterminationem Dei, non sit potens proximè non amare: sed de facto amans; planè concedunt Adversarii (ut constat ex solutione datâ) hoc suo argumento sibi convicti. Voluntatem prædeterminatam ad primò amandum, de facto non amare implicat. Sed etiam implicat, quod voluntas de facto primò amans, sit potens proximè, & expedita ad primò non amandum: aliàs daretur potentia proxima, & expedita ad conjungendum primò non amare cum prædeterminatione ad primò amandum vel potentia expedita ad primò non amandum, quando de facto primò amat: quæ omnia implicant. Ergo voluntas potentiam consequenti ad ipsam prædeterminationem, quam à Deo accepit ad primò amandum, non est potens proximè ad primò non amandum: ideoque consultè dicit Gonetus, quod voluntas sub prædeterminatione solum retinet potentiam ad non continuandam actionem, sive ad non continuandum amorem. Ex quibus

Infero cõtra Thomam multas volunratem semel à Deo præmotâ, nec antecedenter, nec cõsequenter unquam fuisse proximè potentem ad r. amandum vel non amandum.

Id probò ex D. Th. testimonio 5. antecedenti lect. exarato.

Angelica asserens hominem sine universali motione non posse aliquid velle, solum illi denegat potentiam proximam.

Propositur ratio movens Gonetum ut dicat, voluntas physice præmotâ ad agendum solum retinere potentiam ad non amandum.

quibus omnibus vi formalis consequentiæ deducitur, in sententiâ contrariâ nunquam dari potentiam proximè liberam & expeditam ad amandum, vel non amandum, ad volendum, vel nolendum; ac proinde per physicam prædeterminationem libertatem arbitrii proximam & expeditam ad utrumlibet actum sive contradictionis, sive contrarietatis, omninò destitui & enervari.

Licet illius rationis præmissæ sint veræ, & evidens conclusio illata, illa falsò accedunt. Thronistæ suæ præmori-
 45. Jam verò in argumento supra factò, quo se convincunt Adversarii, etsi concessã majori, & minori, & conclusio illa sit evidens, tamen Magister Bañez, & ab ipso omnes ejusdem Scholæ posteri Recentiores falso judicio laborarunt, & usquequaque laborant, cum juxta verissimam Divi Thomæ sententiam (quam infra probabo) hæc duo debeant necessariò componi, primum scilicet, voluntatem creatam nullo modo sine motione præviâ, aut concursu prævio causæ primæ posse proximè velle, nec proximè nolle. Secundum scilicet, quod positã motione, aut concursu illo prævio in voluntate, voluntas ipsa manet potentiâ consequenti ad ipsam motionem Dei, proximè libera, proximè expedita, & proximè potens ad volendum hoc, vel illud ita, ut pro suo libito æquè possit hoc, vel illud componere, aut conjungere cum illâ motione Dei, seu in sensu composito illius. Quæ duo clarissimè docuit Angelicus Doctor in illis verbis ubi supra, scilicet: *Deus movet voluntatem hominis ut universalis motor ad universale objectum voluntatis, quod est bonum, & sine hac universali motione homo non potest aliquid velle.* (ecce primum.) *Sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc, vel illud,* (ecce secundum.) Quid clariùs contra Adversarios? Et obiter post longiorem discursum nota, quantis ictibus inermis suo clypeo Gonetus nudum jam pectus objiciat nostrarum rationum viribus.

LECTIO V.

Altera ad clypeum Magistri Gonet impingitur ratio.

Altera no-
strorum
ad Gonet
clypeum
impingi-
tur ratio
ex eo de-
sumpta,
quod age-
re agentis
liberi sic
ipsum co-
ponere
actionem
46. **A**ltera igitur ratio à nostris meditata, & quam putat Gonetus facilè suo clypeo retundi, sic proponitur. Agere agentis liberi est agens liberum componere cum prærequisitis ad agendum ipsam actionem, Ergo agens liberum posse non agere, idem est ac posse absolute non componere actionem suam cum prærequisitis ad agendum. Rursus agens liberum componere suam actionem cum prærequisitis ad agendum, est facere, ut pro eodem instanti temporis simul sint in libero arbitrio & prærequisita ad actionem, & ipsa
Theol.

actio. Atqui agens liberum potest absolute loquendo non componere suam actionem cum prærequisitis ad agendum: ergo absolute loquendo facere potest, ut pro eodem instanti temporis sint prærequisita & non sit actio.

47. Firmatur. Agens liberum debet hoc posse, ad quod aliquando tenetur. Sed tenetur aliquando componere non actionem cum prærequisitis ad agendum. Ergo debet hoc posse. Major est certa. Quia ad impossibile nemo tenetur. Minor verò probatur. Quando aliquis peccat, tenetur componere negationem peccati cum prærequisitis, quia componere non peccatum cum prærequisitis ad agendum, nihil aliud est, quam facere, ut in eodem instanti, quo sunt illa prærequisita, sit etiam non peccatum, seu non sit peccatum. Atqui homo tenetur facere, ut pro eo instanti, in quo sunt prærequisita ad peccandum, non sit peccatum: alioquin non peccaret in eodem instanti. Ergo homo tenetur componere non peccatum cum prærequisitis ad peccandum. Ita expressis verbis P. Franciscus Annatus in libro, quem pro defensione scientiæ mediæ edidit, disput. 1. cap. 6. §. 3.

48. Videns Magister Gonet suam Scholam maximè his urgeri rationibus, versato hinc inde suæ Theologiæ clypeo, earum vim sic declinat. In primis ait: *Respondeo, antecedens non esse verum; nam falsum est, quod agere agentis liberi sit, agens liberum componere cum prærequisitis ad agendum ipsam actionem.* Hoc enim convenit etiam agenti necessariò, ut patet. Secundò. Hoc dato, & non concessò, non valet consequentia: quia ad hoc ut agens liberum possit non agere, non requiritur, quod possit non componere positivè actionem suam cum prærequisitis ad agendum prioritate naturæ, sed sufficit, quod possit illam non componere negativè, quod potest præstare etiam, quando illa prærequisita non sunt.

49. Tertio. Distinguo majorem secundæ argumenti. Agens liberum componere suam actionem cum prærequisitis ad agendum, est facere, ut pro eodem instanti temporis, simul sint in libero arbitrio prærequisita ad actionem, & ipsa actio, in eodem instanti temporis formaliter, concedo: in eodem instanti temporis materialiter, nego. Solutio patebit ex statim dicendis. Quarto. Minor ejusdem argumenti, quæ asserit, quod agens liberum potest absolute loquendo non componere actionem suam cum prærequisitis ad agendum, falsa est, si per ly prærequisitis intelligantur ea, quæ prærequiruntur ex parte actus secundæ, & quæ actionem solâ prioritate naturæ, & causalitatis antecedunt, ut constat ex supra dictis.

50. Ad tertium. Concessã majori, nego
 B 2 minorẽ

cum præ-
requisitis
ad agendum
etc.

Firmatur.
Quia agens
liberum
debet hoc
posse, ad
quod ali-
quando
tenetur.

Expendit
tur solutio
Gonet
præja-
ctarum ra-
tionum
conantis
evadere.

minorem, ad cujus probationem nego antecedens. Ad probationem in contrarium distinguo majorem: componere non peccatum cum praequisitis ad agendum, non est aliud, quam facere, ut in eodem instanti, quo sunt illa praequisita, sit etiam non peccatum in eodem instanti formaliter, concedo majorem: in eodem instanti materialiter, nego majorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam. Explicatur. Possit componere unum cum alio, non est solum posse facere, quod existat unum in eadem duratione materialiter sumpta, in qua existit aliud: sed insuper requiritur quod ea duratio utriusque extrinseci coexistentiam mensuret, aut mensurare possit: quamvis enim justus, v. g. in eodem instanti, in quo habet gratiam sanctificantem, possit prout peccare lethaliter; quia gratia sanctificans praecise sumpta, & ut non est associata dono confirmationis, non tollit potentiam ad peccandum: nihilominus idem Justus, qui potest peccare in illo instanti, non potest componere gratiam cum peccato lethali; quia licet possit ponere illud pro illo instanti, in quo gratia existit; non tamen prout in eo instanti existit gratia, & prout formaliter, & reduplicative ejus praesentiam mensurat; sed tantum prout praedictum instans habet, quod mensuraret peccatum, quod tunc haberet. Idem cum proportione dicendum est de promotione ad actum amoris, quae est in eodem instanti temporis, & durationis cum illo, eumque sola prioritate naturae, & causalitatis antecedit: licet enim voluntas in eodem instanti, in quo est ad actum amoris promotam, possit ponere dissensum, seu carentiam amoris, non tamen potest dissentire, seu non amare in sensu composito, quia non potest ponere talem dissensum, seu carentiam amoris in eodem instanti formaliter sumpto, & quatenus formaliter, & reduplicative mensurat promotionem, & amorem, qui actu à voluntate producit; sed in eodem instanti materialiter sumpto, & prout abstrahit ab eo, quod ille amor sit productus vel non.

LECTIO VI.

Impugnatur per singula solutio Gonetii.

Falsò negatur à Gonetio praeractae rationis antea edes

51. **Q**uia eò devenit hujus controversiae status, ut Schola contraria huic Magistro maxime fidat, & ad quodlibet nostrorum jaculum clypeum Magistri Gonetii statim objiciat,

oportet singula ejusdem solutionis decurrere. Dicit primò, antecedens primi argumenti, ut jacet, non esse verum; sed falsum: quia etiam agere agentis necessarii est componere actionem suam cum praequisitis ad agendum: sed neque in hoc, quamvis tam parvi momenti sit, legitime discurrit. Quia quamvis equus essentia sua sit sensitivus, non idè sequitur, quod non sit absolute de essentia hominis esse sensitivum. Ergo licet agere agentis necessarii sit componere actionem cum requisitis ad agendum, non tollit, quod agere agentis liberi sit componere actionem cum praequisitis ad agendum: Est enim utrumque verum, si autem hoc ita est, quomodo antecedens, ut jacet, erit absolute falsum.

52. Dicit secundò, quod datò, & non concesso antecedenti, negat consequentiam. Quia ut agens liberum possit non agere, non requiritur, quod possit non componere positive actionem suam cum praequisitis ad agendum prioritate naturae: sed sufficit, quod possit illam non componere negative, quod etiam potest praestare, quando illa praequisita non sunt. Sed hoc dictum Lectione praecedenti est à nobis efficaciter impugnatum. Tum etiam quia nunquam datur voluntas proximè, & expedite potens ad non agendum, sive ad non componendum suam actionem. Ratio est. Quia ante promotionem solum est potens agere, & non agere incomplete, imperfectè, & remotè, cum quà potentia implicat actualis actio: aliàs esset compossibilis operatio voluntatis cum voluntate positive non promotam; quod negant Contrarii. Jam verò positam promotionem in voluntate ad agendum; solum manet voluntas applicata, & proxima ad agere; non verò ad non agere; sive ad oppositum. Ergo nunquam salvatur potentia proxima, perfectè, & completa aequè ad agere, vel non agere. Tum quia voluntatem posse non agere, sive non componere actionem negative, scilicet quando illa praequisita non sunt, ut ipse ait, idest, quando non est physica promotio; nihil est aliud, quam voluntatem posse non agere, ut est imperfecta & non completa ad agendum: quia Schola contraria docet, voluntatem per physicam Dei praedeterminationem perfici, & compleri ad operandum. Atqui per hoc solum salvatur incompleta, & imperfecta libertas ad agere, & non agere. Ergo in hac sententia nunquam componitur liberum arbitrium perfectum ad agendum, vel non agendum. Vide alia supra exarata.

53. Dicit tertio distinguendo majorem; agens liberum componere suam actionem cum praequisitis ad agendum, est facere, ut pro eodem instanti temporis simul sint in libero arbitrio praequisita ad actionem, & ipsa actio formaliter, concedo: in eodem instanti

Deinde probò esse caci et non sufficere ut agens liberum possit non agere, quod potest non componere actionem negative cum praequisitis ad agendum.

Distinguit Gonetius ut nostrorum icu declinet, agens liberum suam actionem

cōponere instanti temporis materialiter, nego: Ita ille. Et ad ultimam rationem de obligatione non peccandi in instanti, quo peccat homo, eadē solutione occurrit dicens: Ad probationem in contrarium distinguo majorem: Componere non peccatum cum prærequisitis ad agendum, non est aliud, quàm facere, ut in eodem instanti, in quo sunt illa prærequisita, sit etiam non peccatum, in eodem instanti formaliter, concedo: in eodem instanti materialiter, nego majorem. Et hoc explicat ut supra vidimus.

Duplici interrogatone enucleamus Gonetii distinctionē

54. Verum in utraq; hęc solutione aliud non egit Gonetus, quàm novis verborum involucris suæ Scholæ doctrinam obfcurare. Illius igitur Magistri captemus laterbras, ut in disputatione clarè & amicè procedamus. Rogo igitur primò. Quid est facere, ut prærequisita ad agendum, & ipsa actio sint in eodem instanti formaliter? Quid est posse componere unum cum alio in eodem instanti formaliter? Respondet nobis Gonet, nihil aliud esse, quàm quod illa duratio utriusque extrinseci coexistentiam mensuret aut mensurare possit. Benè. Ergo facere, ut prærequisita ad agendum, & ipsa actio sint in eodem instanti formaliter, aliud non est post tot verborum circumloquia, quàm facere, ut prædeterminatio, quæ est prærequisitum ad agendum, & ipsa actio coexistent simul eidem instanti, sive quod in eodem instanti detur coexistentia simultanea prædeterminationis, & actionis. Ergo posse cōponere unum cum alio in eodem instanti formaliter, aliud non est, quàm posse facere, ut unum, & aliud simul coexistent in eodem instanti. Rogo secundò. Quid est, voluntatem præmotam, ad actum amoris posse componere dissensum, seu carentiam amoris in eodem instanti materialiter sumpto? Respondet Gonetus, nihil aliud esse, quàm quod voluntas possit ponere dissensum in eodem instanti, prout abstrahit ab eo, quod ille amor sit productus, & consequenter prout abstrahit ab eo, quod in eodem instanti sit physica præmotio: quia æquè implicat coexistentia dissensûs, & physicæ præmotiones. His ita.

Duplici robustissimo ratione illæ evertimus solutionē.

55. Subsumo primò. Ergo voluntas prædeterminata ad amandum non potest facere ut coexistat carentia amoris physicæ prædeterminationi in eodem instanti, in quo per illam prædeterminatur ad amandum. Concedit Gonetus, & tenentur ad id omnes Adversarii. Tunc sic. Ergo voluntas nunquam fuit proximè libera, nec habuit perfectum dominium ad ponendum carentiam amoris in instanti, in quo de facto amat, omisso amore, quo amat. Probo hanc consequentiam. In instanti antecedenti existentiam physicæ prædeterminationis voluntas non erat libera proximè, nec erat potentia completa, & perfecta ad amandum,

nec ad liberè non amandum, quia ut Adversarius docet, voluntas sine physica motione Dei se habet suspensivè, hoc est, solum habet indifferentiam suspensivam ad amandum, vel non amandum; hæc autem indifferentia suspensiva, certum est quod non sit potentia proxima, expedita, & completa; quando autem ponitur in actu physica motionis Dei, eam recipiendo; tunc illa potentia antecederet suspensiva redditur proximè, & perfectè libera. Atqui in instanti, in quo recipit physicam prædeterminationem ad amandum, eaq; ad talem actum prædeterminatur, non est proximè libera, & completa, nec gaudet perfectò dominio ad non amandum, sive ad ponendum dissensum, aut carentiam amoris in eo instanti, pro quo supponitur ad amorem prædeterminata. Ergo voluntas nec ante prædeterminationem Dei, nec post prædeterminationem Dei fuit proximè, & perfectè libera, nec habuit completum, & perfectum dominium ad ponendum dissensum, seu carentiam amoris in instanti; in quo est prædeterminata ad amorem. Ergo de primo ad ultimum voluntas nunquam fuit proximè libera, nec habuit perfectum dominium ad ponendum dissensum sive carentiam amoris in instanti, in quo de facto amat, evitando amorem.

56. Subsumo secundò. Ergo nunquam fuit perfectè, & proximè libera ad ponendum non peccatum in instanti, quo peccat, evitando peccatum pro eo instanti. Ergo actio mala in nullo instanti est imputabilis voluntati proximè expedita, & completè libera. Probo consequentiam. Actio mala non est imputabilis, nec imputatur voluntati in instanti antecedenti ad prædeterminationem, quæ prædeterminatur voluntas ad materiale, & entitativum actionis malæ: Tum quia in eo instanti, ut probatur est, non est proximè, & expeditè libera nec ad benè nec ad malè operandum, Tum etiam quia in eo instanti non peccat, cum implicet actio peccati sine prædeterminatione ad materiale illius actionis, ut ipsi Adversarii fatentur. Atqui non est proximè, & completè libera ad ponendum carentiam actionis malæ: quia talis prædeterminatio solum complet & appropinquat potentiam ad materiale peccati; non verò ad evitandam actionem malam. Ergo cum actio mala non sit proximè evitabilis in eo instanti, sequitur, quod actio mala nunquam est imputabilis voluntati proximè, & completè libera.

Ultra prægreditur solutiois impugnatio.



LECTIO VII.

*Adstruitur nova, & specialis
Physica Prædeterminatio-
nis consutatio.*

A Deò strenuo, & acuto calamo nostri elaboravere Doctores pro hac physica prædeterminatione funditus convellendâ, ut vix ulla alia suppetat cogitatio, videanturque omnem artem inveniendi medium in hoc puncto exhaustisse: quare Recentiores nostri suo muneri optimè satisfaciunt, si arma sibi relicta à Suario, Bellarmino, Molinâ, & aliis, novis ratiociniis elimant; nec opus est illis ad securissimè in hac materiâ certandum, novâ telâ percutere. Nihilominus abs re non erit, si præter ea, quæ supra impugnavimus contra Gonetum, unam, vel alteram cogitationem speciali viâ excutiamus.

57. Sic arguo primò. Sicut voluntas liberè sequitur rationis iudicium, sic in sententiâ contrariâ liberè sequitur divinam motionem. Rursus. Sicut iudicium intellectus antecedit liberam voluntatis actionem, sic motio illa prævia, quâ Deus potentiam liberam prædeterminat, antecedit prioritate naturæ, & causalitatis operationem, voluntatis. Item sicut est necessaria divina præmotio præveniens voluntatem, ut hæc liberè operetur, sic iudicium rationis est necessarium ad liberam voluntatis exercitium. Atqui si iudicium rationis esset determinatum ad unum, nec rem indifferenter proponeret, actum esset de libero voluntatis arbitrio. Ergo si prævia divina motio esset ex naturâ suâ solum determinata ad unum, nec indifferenter moveret, actum esset de libero nostræ voluntatis arbitrio. Major est certa, eo solum discrimine, quod intellectus movet per modum finis proponendo, & est causa particularis; Deus verò movet per modum causæ efficientis, & est causa universalis. Et prima minor est ita certa, ut nec Sancti Patres, nec Angelicus Thomas, nec Scholastici Doctores hucusque alium invenerint modum concedendi liberum arbitrium hominibus, & non brutis; nisi quia iudicium humanum non est determinatum ad unum, sed omninò indifferens, quasi iudicio carent bruta: idque ita fixum & ratum habetur in Scholâ contrariâ, ut melior ejus pars ad evadendas nostrorum difficultates, confugerit ad iudicium indifferens, quasi hoc solum sufficiat ad salvandam libertatem arbitrii, non obstante prædeterminatione essentialiter connexa cum determinatâ voluntatis operatione. Consequentia verò legitimè inferitur.

Arguo specialiter r. à paritate iudicii rationis præcedentis, ad voluntatis actionem, quod si esset determinatū ad unum, tolleretur libertatem.

58. Firmatur primò prædicta ratio. Si eadem paritas procedat per modum causæ finalis antecedit iudicium rationis ad operationem voluntatis, sic & firmatur duplici ratione. determinatio physica Dei, sive divina motio antecedit in genere causæ efficientis liberam ipsius operationem. Sed si iudicium rationis antecederet ex naturâ suâ determinatum ad unum, cum eoque connexum, esset prædeterminatio iudicii tollens è medio libertatem. Ergo ex eo, quod physica divina motio antecedit ut ex naturâ suâ determinata ad unum extremum, cum eoque essentialiter connexa, esset prædeterminatio lædens absque dubio libertatē. Firmatur secundò. Voluntas creata duas exigit radices ad exercitium suæ libertatis; alteram extrinsecam, scilicet causam primam, sine cuius motione per modum causæ efficientis voluntas saltem proximè nihil liberè potest; aliam intrinsecam, nimirum iudicium rationis indifferens, sine cuius motione per modum causæ finalis, non potest etiam voluntas quidquam proximè velle. Atqui si iudicium rationis esset prædeterminatio sive finalis, sive moralis ad unum, nec esset ex naturâ suâ indifferens ad utrumlibet, voluntas non liberè, sed necessariò sequeretur illud iudicium, nec liberè procederet amplectendo illud, ad quod suâ motione illud prædeterminavit. Ergo si motio divina in genere causæ efficientis esset prædeterminatio ad unum, voluntas non liberè, sed necessariò sequeretur illam Dei motionem, nec liberè procederet amplectendo unum potius, quam aliud objectum, vel volendo potius, quam nolendo. Major est principium utriusque, imò & omni Scholæ communissimum. Minor est certissima; alioquin brutum dum sequitur iudicium determinatum ad unum, illud liberè sequeretur; ac per consequens libero gauderet arbitrio. Consequentia verò est legitima.

59. A arguo sic ulterius secundò, & præcedenti argumento robor adjicio. Quia eisdem rationibus, quibus Patres Dominicani salvant liberum arbitrium cum prædeterminatione voluntatis ad unum, posset aliquis æquè facillè liberam salvare potentiam cum prædeterminatione iudicii ad unum. Hoc autem etiam in eorum Scholâ absurdissimum est. Ergo cum physica prædeterminatione Dei ad unum, non salvatur liberum arbitrium. Sequelam probo discurrendo sic primò. Quamvis voluntas motione se tenente ex parte Dei, sit prædeterminata ad unum, est tamen libera; quia retinet potentiam ad dissentium in sensu diviso ab Adversariis explicato. Ergo quamvis voluntas motione iudicii sit prædeterminata ad unum, erit libera; quia potentiam retinet ad dissentium in eodem sensu diviso, & eodem modo ab ipsis explicato. Atqui primum sufficit, ut salvetur libertas cum prædeterminatione Dei ad unum.

unum. Ergo sufficiens erit, & secundum, ut salvetur libertas cum prædeterminatione iudicii ad unum.

Item cum prædeterminatione iudicii est potens voluntas præcedenti, & in sensu diviso ponere non amorem.

60. Secundò. Licet voluntas à Deo præmota ad amandum, non possit non amare potentiâ consequenti, sive in sensu composito componente non amorem cum præmotione ad amorem; tamen ejus libertas salvatur ex eo, quod voluntas potentiâ antecedenti, & in sensu diviso possit non amare. Ergo quamvis voluntas præmota præmotione iudicii ad unum, scilicet ad amorem, non sit potens non amare potentiâ consequenti & in sensu composito; ejus tamen libertas ex eo salvabitur, quod potentiâ antecedenti, & in sensu diviso possit non amare: primum non tollit, quod voluntas liberè amet. Ergo nec secundum.

Item cum prædeterminatione iudicii componitur optimè libertas ad utrumlibet cum potest utroque, potentiam fervet antecedentem ad aliud.

Tertiò. Ut potentia libera, quæ est ad utrumlibet, non sit frustra, sat est quod ponat unum ex duobus actibus, quos respicit, & tunc fervet potentiam absolutam, & antecedentem ad alium ponendum, licet talis potentia sub tali statu, & suppositione nunquam reducatur in actum, imò nec reduci possit. Hoc autem in sententiâ contrariâ benè componitur cum divinâ prædeterminatione ad unum: quin tollat libertatem. Ergo & illud etiam benè componitur cum prædeterminatione iudicii ad unum, quin libertatem enervet.

Per alia decurrunt, idem assumpti promotione, ventia,

62. Quartò. Licet voluntas in instanti, in quo est præmota ad consensum, non possit ponere, & componere dissensum cum tali præmotione, est absolutè libera ad consensum: quia ad libertatem non requiritur, ut voluntas possit componere dissensum cum requisitis, quæ se habent ex parte actûs secundi, & ut applicatio potentiæ ad actum, sicut dicunt Contrarii. Ergo idem dicendum de motione iudicii ad unum prædeterminante: quia hæc etiam est requisitum se tenens ex parte actûs secundi, & ut applicatio potentiæ ad actum: Si enim motio ex parte causæ universalis non se habet ex parte actûs primi, sed ex parte actûs secundi constituens potentiam in esse principii actualis; quare motio iudicii omninò necessaria ad liberè operandum, non se habebit in suo genere ex parte actûs secundi, & constituens similiter potentiam liberam in esse principii actualis? Quintò postis prærequisitis ex parte applicationis potentiæ, & actûs secundi, liberum agens, propriè loquendo, non potest agere, sed de facto agit, & est in exercitio actuali libertatis: undè implicat, quod cum illis negationem actionis componat; aliàs simul ageret & non ageret, ut ex principiis suæ Scholæ edocuit supra Gonetus. At quia hoc contingit in prædeterminatione Dei ad unum, talis prædeterminatio non lædit libertatem. Ergo quia hoc ipsum contingeret in prædeterminatione iudicii ad unum, mo-

tio iudicii non læderet libertatem.

63. Sextò. Licet voluntas in eodem instanti, in quo est ad actum amoris præmota, possit ponere dissensum, seu carentiam amoris; non tamen potest dissentire in sensu composito; quia non potest talem dissensum ponere in eodem instanti formaliter sumpto, & quatenus formaliter, & reduplicativè mensurat præmotionem, & actum, qui actu à voluntate producitur; sed solum in eodem instanti materialiter sumpto, & prout abstrahit ab hoc, quod ille amor, vel physica præmotio sit in voluntate, ut suis terminis docuit Gonetus. At quia hæc omnia contingunt cum physica præmotione Dei ad unum in sententiâ Dominicanâ sufficienter salvatur libertas. Ergo quia hæc omnia possent eodem modo contingere cum iudicio rationis determinato ad unum, sufficienter etiam cum illo salvaretur libertas.

Prædictus discurrendi & retorquendi modus sumptus à paritate iudicii determinati ad unum, efficacissimus est.

64. Denique hic modus discurrendi, & retorquendi non solum rationes, & solutiones; sed verba ipsa, quæ passim proferuntur à Contrariis, adeò efficax est, ut à paritate iudicii determinati ad unum, urgeat Scholæ contrariæ Sectatores, ut post diligens examen vos monitos velim, nihil hæcenus fuisse meditatam à Patribus Dominicanis, cui non possitis statim, & ad rem hanc rationem, sive hoc ratiocinium objicere, quod à paritate iudicii determinantis ad unum contra ipsos pro refutandâ suâ physica prædeterminatione efformavi: idcirco prædictas illationes deduxi supra, ut sint vobis exemplo, ad eandem facilitate infringenda omnia alia, quæ ad ipsos adhibentur. Quod si disparitatem assignare conentur inter motionem Dei determinatam ad unum, & motionem iudicii similiter ad unum determinatam, ut hæc implicet cum libertate, non verò illa eam invictò animo captate, ut paritas iteratò sub eisdem verbis formetur. Nec obstat quod illa sit motio causæ primæ: ista verò sit intellectûs: hæc enim sunt verba generalia, quæ potius effugiunt, quàm solutionem parant. Præterquam quod cum Deus, sicut potest infundere scientiam, possit similiter infundere iudicium determinatum ad unum, aut speciem, quo illud efformetur; utraque motio in tali casu esset à Deo; & tamen nullus audebit asserere stare libertatem cum tali iudicio ad unum determinato, etiam si præcisè immittatur à Deo. Sunt & alia argumenta adversus physicam præmotionem, quæ sumuntur à negatione auxilii sufficientis, & à prædeterminatione ad peccatum formaliter, quæ potius pertinent ad quæstiones de Concordiâ liberi arbitrii cum efficaciâ gratiæ. Nunc oportet jam ad illa omnia respondere, quæ contra nos ab Adversariis proponuntur.

LECTIO

LECTIO VIII.

*Schola contraria armata, & ex-
armata auctoritate Doctoris
Angelici.*

65. **S**um Theologicum clypeum circumquaque agit, & versat Magister Gonetus ut auctoritatem Divi Thomæ omni exceptione majorem suæ Scholæ conciliat; sed id quàm irritò conatu contendat, planè constat ex lect. 3. ubi clarissimis Sancti Doctoris testimonii sententiam nostram communivimus. Verùm ut doctrina illa sententiæ nostræ omninò conquadret, respondendum erit ad ea quæ ex Magistro Angelico nobis obijciuntur.

M. Gonetus nobis obijcit D. Thom. q. 3. de potentia, 3.

Obijcit nobis primò Divum Thomam pluribus in locis, & præcipuè quæst. 3. de potentia artic. 3. ubi ait: *Deus est causa actionis cujuslibet, in quantum dat virtutem agendi, & in quantum conservat eam, & in quantum applicat actioni.* Et ibidem subdit Sanctus Doctor: *Tertio modo dicitur una res esse causa alterius, in quantum eam movet ad agendum, in quo non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis activa; sed applicatio virtutis ad agendum: sicut homo est causa incisionis cultelli ex hoc ipso, quod applicat acumen cultelli ad incidendum, movendo ipsum.* Ita ibi. Sed hæc motio, & applicatio non est actio creaturæ, sed actio Dei, qua mota & applicata creatura agit suam actionem. Sicut motio, quæ movetur & applicatur acumen cultelli, non est actio cultelli, sive ejus incisio; sed antecedens, & movens cultellum ad incisionem. Ergo datur prædeterminatio physica.

Admitto concursu Dei prævium, sed non prædeterminatu Dei ad unum.

66. Respondeo. Omnia esse vera, & de mente Sancti Thomæ præter illam solam & malam consequentiam; quam non de mente Sancti Thomæ, sed de folius Magistri Banez infert Gonetus. Concedimus planè & infra probabimus; motionem, seu concursum Dei prævium, quo omnis causa secunda ac per consequens liberum arbitrium motum agit. At eam motionem esse prædeterminationem voluntatis ad unum potius, quàm ad aliud, unde infertur? eam esse essentialiter potius cum volitione, quàm cum nolitione connexam, ubinam captat Gonetus?

67. Obijcit secundò. Nam loco citato de potentia in responsione ad tertium ait: *In operatione, quæ Deus operatur movendo naturam, non operatur natura.* Sed si concursus & motio Dei esset ipsa operatio, & actio creaturæ. In operatione, quæ Deus operatur movendo etiam natura operatur. Ergo est

illa prædeterminatio physica concedenda. Respondeo omnia esse vera, præter consequentiam illatam de cerebro Magistrorum Banez, Gonetii, & sequacium. Concedimus. Igitur operationem Dei, quæ naturam movet, ac proinde liberum arbitrium, non esse ipsam actionem liberi arbitrii: sed esse actionem solius Dei; aut eam esse prædeterminationem voluntatis ad unum, & cum eo essentialiter connexam. Ubinam edocet Angelicus Doctor?

68. Obijcit tertio. Nam ibidem in responsione ad septimum. sic habet. *Id quod à Deo fit in re naturali, quod actualiter agit, & ut intentio sola habens quoddam esse incompletum per modum, quo colores sunt in aere (in esse scilicet intentionali ratione specierum, quæ illos representant) & unitas artis in instrumento artificis.* Sed hæc verificari nequeunt de concursu simultaneo. Ergo solum de prædeterminatione physica. Respondeo omnia esse vera, & probare causam primam concurrere movendo secundam per actionem distinctam ab actione creaturæ: quod latè diximus in Philosophiâ, & prout ad rem atinet ex professio Quæstione sequenti. At verò consequentia illa de physica prædeterminatione ex quibus Divi Thomæ præmissis infertur?

69. Obijcit quarto. Nam 1. part. quæst. 103. artic. 8. dicit: *Quod omnis inclinatio aliquid rei vel naturalis, vel voluntaria nihil aliud est, quàm quædam impressio à primo movente: sicut inclinatio sagittæ ad signum determinatum, nihil aliud est, quàm quædam impressio à sagittario.* Idem docet quæst. 22. de Veritat. Ergo ex Divo Thomâ datur quædam impressio, seu antecedens motio ad unum prædeterminans. Respondeo dari talem impressionem, idest concursum, aut motionem præviam & antecedentem de mente Divi Thomæ: aut eam esse prædeterminantem arbitrium ad unum, nec docet, nec docuit, nec potuit unquam docere sine læsione liberi arbitrii, quod quidem Divus Thomas servavit incolume, ut patet ex quæst. 3.

70. Obijcit quinto. Nam opusculo 3. cap. 130. ait: *Oportet, quod Deus cuilibet agenti adsit interius, quasi in ipso agens, dum ipsum ad agendum movet.* Et loco citato de potentia in responsione ad quartum inquit: *Tam Deus, quàm natura immediate operantur, licet ordinentur secundum prius & posterius.* Sed quid inde? Respondeo, Deum prius agere in creaturâ, ac proinde in libero arbitrio, movendo illud motione ad utrumlibet, & ex se indifferenti, non verò ipsum ad unum prædeterminando, quod non deducit, imò nec ex ullis S. Thomæ verbis Schola contraria poterit unquam deducere, ut ex dictis, & ex dicendis constabit.

71. Obijcit sexto Sanctum Doctorem 1. part. quæst. 105. artic. 4. ubi quærit: *Utrum Deus*

Deus possit movere voluntatem creatam? Et in corpore articuli respondet, quod utroque modo scilicet ex parte objecti, & ex parte potentie proprium Dei est movere voluntatem: sed maxime secundo modo interius eam inclinando. Ita ibi. Sed quid ibi? Respondeo Divum Thomam non querere, utrum Deus possit prædeterminare voluntatem creatam; sed solum utrum possit movere? Movere quidem concedimus, sed motione ex se indifferenti, & voluntatis proportionata dominio: negamus tamen, Deum prædeterminare voluntatem ad hoc potius, quam illud prædeterminatione liberum arbitrium penitus subvertente. Concedimus Deum inclinare voluntatem, non quidem ad unum prædeterminando; sed ipsam movendo, ut sic mota, ad quod voluerit, porrigat manum. Juxta Scripturam, Concilia, ac Sanctos Patres. Ubi obiter nota, quod D. Thomas ait: Deum utroque modo movere, scilicet etiam ex parte objecti, & tamen Contrarii ipsi tenentur asserere, motionem ex parte objecti indifferenter esse debere, licet sit à Deo, alias salvaretur liberum arbitrium cum judicio ad unum determinato. Ergo idem dicendum est de motione ex parte potentie, quam dicunt Adversarii physicam prædeterminationem.

72. Objicit septimò quæst. 22. de Verit. art. 8. inquit Sanctus Doctor, *Sicut voluntas potest immutare actum suum in aliud, ita & multò amplius Deus.* Respondeo, esse verum, & mentem Divi Thomæ in his verbis. Eo quod sicut voluntas dum de facto aliquid amat objectum, ob indifferenciam sui domini ab illo actu cessare potest, & ferri liberè in aliud objectum per immutationem primi actus; sic Deus potest eam movere, concursu tamen ex se indifferenti, ut suum actum liberè immutet, aliud amplectendo objectum. Quid igitur hoc ad physicam prædeterminationem.

73. Objicit octavò. Nam loco citato ex I. part. ait: *Solus Deus efficaciter potest movere voluntatem, Angelus autem, & homo per modum suadentis.* Ita ibi. Hoc autem est verissimum: sed nihil pro physica prædeterminatione. Respondeo primò hominem & Angelum non posse in genere causæ efficientis aliquid agere in voluntate creatâ; quod quidem potest: & facit Deus. At Deum id præstare per physicam prædeterminationem, unde probatur? Respondeo secundò, *ly efficaciter movere posse* ita intelligi, quod positâ Dei motione, voluntas infallibiliter operetur ita, ut non possit non habere aliquod exercitium in his extremis, ad quæ ex se est indifferens. Non tamen significat *ly efficaciter movere*, quod præmotio Dei sit intrinsecè efficax ad unum actum potius quam alium; quia talis efficacia implicat, ut suo loco expenderetur, cum disputemus, Unde effi-

Theol.

caria auxilii sumatur.

74. Objicit nonò. Quia Sanctus Doctor in Compendio Theologiæ, quod est tertium inter ejus Opuscula, sic habet: *Pater igitur quod in corpus humanum, & virtutes ejus corporeas possunt imprimere corpora celestia; in voluntatem autem solus Deus imprimere potest.* Ita Sanctus Doctor. Sed ex illo nihil contra nos. Concedimus quidem Deum imprimere aliquid voluntati, dum eam ad agendum movet: at eam impressionem esse prædeterminando voluntatem ad unum, deberet probari, sed non probatur, nec ex Sancto Doctore unquam probabitur.

75. Objicit decimò, eundem Sanctum Doctorem lect. 3. super cap. 8. epist. ad Rom. ubi verba illa expendens *Quicumque spiritu Dei aguntur*: sic ait: *Similiter autem homo spiritualis non quasi ex motu propria voluntatis principaliter; sed ex instinctu Spiritus Sancti inclinatur ad agendum: non tamen per hoc excluditur, quin viri spirituales per voluntatem & liberum arbitrium operentur. Quia ipsum motum voluntatis, & liberi arbitrii Spiritus Sanctus causat secundum illud ad Philippenses 2. Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere.* Ita ibi. Vera sunt omnia, & concedimus planè Spiritum Sanctum causare bonum motum liberi arbitrii, non tamen illum prædeterminando: quia determinatio actus, ut alibi edocet Sanctus Thomas, relinquatur in potentia liberi arbitrii, illa adhuc motione suppositâ. Undè autem proveniat certitudo, & infallibilitas bonæ operationis voluntatis alibi dicitur: nunc sufficiat asserere ab intrinseco motionis Spiritus Sancti potentia in voluntate certitudinem illam, & infallibilitatem non provenire.

76. Objicit undecimò quæst. 6. de Malo, artic. 1. ad secundum, ubi asserit: *Deus movet voluntatem infallibiliter propter efficaciam voluntatis moventis, qua deficere non potest.* Sic Sanctus Doctor. Et hic quæst. 10. artic. 4. ad tertium, ait: *Si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est poni, quod ad illud voluntas non moveatur.* Item 2. secundæ quæst. 24. art. 11. ait: *Virtus Spiritus Sancti infallibiliter operatur, quodcumq; voluerit: Unde impossibile est, hæc duo simul esse vera, quod Spiritus Sanctus velit aliquem movere ad actum charitatis, & quod ipse charitatem amittat peccando.* Ita ibi.

77. Respondeo in primo loco Sanctum Doctorem non dicere, Deum movere voluntatem immutabiliter propter efficaciam divinæ motionis, sed propter efficaciam voluntatis moventis; quod est valde diversum; modò autè solum disputamus de intrinsecâ immutabilitate, & connexionione cum uno ex extremis determinatè; & hanc negamus, nec probatur ex Divo Thomâ, ut patet. Quomodò autem sit divinæ voluntatis intelligenda efficacia

C

Quod solus Deus in voluntatem imprimat ex D. Th. non est, quod illa prædetermineret ad unum.

Nihil pro Thom. ubi verba illa expendens Quicumque spiritu Dei aguntur: sic ait: Similiter autem homo spiritualis non quasi ex motu propria voluntatis principaliter; sed ex instinctu Spiritus Sancti inclinatur ad agendum: non tamen per hoc excluditur, quin viri spirituales per voluntatem & liberum arbitrium operentur. Quia ipsum motum voluntatis, & liberi arbitrii Spiritus Sanctus causat secundum illud ad Philippenses 2. Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere. Ita ibi. Vera sunt omnia, & concedimus planè Spiritum Sanctum causare bonum motum liberi arbitrii, non tamen illum prædeterminando: quia determinatio actus, ut alibi edocet Sanctus Thomas, relinquatur in potentia liberi arbitrii, illa adhuc motione suppositâ. Undè autem proveniat certitudo, & infallibilitas bonæ operationis voluntatis alibi dicitur: nunc sufficiat asserere ab intrinseco motionis Spiritus Sancti potentia in voluntate certitudinem illam, & infallibilitatem non provenire.

Nec ex q. 10. artic. 1. ad secundum, ubi asserit: Deus movet voluntatem infallibiliter propter efficaciam voluntatis moventis, qua deficere non potest. Sic Sanctus Doctor. Et hic quæst. 10. artic. 4. ad tertium, ait: Si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est poni, quod ad illud voluntas non moveatur. Item 2. secundæ quæst. 24. art. 11. ait: Virtus Spiritus Sancti infallibiliter operatur, quodcumq; voluerit: Unde impossibile est, hæc duo simul esse vera, quod Spiritus Sanctus velit aliquem movere ad actum charitatis, & quod ipse charitatem amittat peccando. Ita ibi.

Præjactis testimoniis S. Th. exactam satisfactonem damus.

Compe
et
Ripalda

efficacia, suo loco dicitur, ne unam, & alteram difficultatem confundamus. Respondeo ad secundum locum, verissimum esse; sed impossibilitatem illam oriri ex suppositione illius motionis, quam Deus ponit in voluntate, nec probatur, nec docet D. Thomas. An verò talis impossibilitas oriatur vel ex decreto prædeterminante ante prævisionem scientiæ mediæ, vel independentè à prævisione consensûs per scientiam mediam, non est hujus loci, & in suo proprio decidetur. Respondeo ad tertium, Virtutem Spiritûs Sancti infallibiliter operari: sed motio quæ imprimitur voluntati, non est ipsa divina virtus; sed aliquid à virtute divinâ procedens, & veluti quædam ipsius participatio. Unde quod docet Divus Thomas, verissimum est. Quod autem Contrarii inferunt, falsum quidem, & omninò extra rem. Nullus enim negat, auxilium, vel motionem dici efficacem; solum autem negamus immutabilitatem, infallibilitatem, & efficaciam motioni intrinsecam ad unum determinatè: Undè verò dicatur efficax, infallibilis, &c. alibi remittimus disputandum, ac decidendum.

78. Objicit ultimò, Sanctum Thomam quodlibeto 12. qui subscribit *Sententiæ illorum, qui dicunt, à providentiâ Dei omnia esse prædeterminata*; & addit ibidem. *Posse concedi, quod omnia subjiciuntur fato, si nomine facti intelligamus divinam providentiâ, omnia que sunt in mundo, prædeterminantem, & præordinantem.* Ita ibi, ut ait Gonetus, Ergo Divus Thomas agnovit physicam prædeterminationem. Respondeo Magistrum Gonetum nimis diminutum adduxisse locum Sancti Thomæ; eum legi, & perlegi, & loco citato, sic ait; *Alii reducunt hac omnia in causam supra celestem, scilicet in Providentiâ Dei, à quâ omnia sunt prædeterminata, & ordinata; & secundum istos fatum erit quidem effectus divinæ Providentiæ, quia Providentiâ nihil aliud est, quam ratio ordinis rerum, prout est in mente divinâ; fatum verò est explicatio illius ordinis, prout est in rebus: sic ergo accipiendo fatum potest dici, quod omnia subjiciuntur fato.* Ita ibi: *en textum integrum Divi Thomæ, quem refert Adversarius: contra quem*

79. Nota priùs verba illa, scilicet *Alii reducunt omnia hac in causam supra celestem, scilicet in Providentiâ Dei, à quâ omnia sunt prædeterminata*; & hic siste tantisper, ut videas, & simul expendas, Scholam Dominicanam, postquam Divum Thomam totum evolverat circa hoc puuctum præsens; ut constat ex longâ autoritatum catenâ ab ipsis contextâ, nihil certè invenisse, quod nomen, aut verbum *prædeterminatio* sonaret præter illa verba, quæ ut ipse Sanctus Doctor ait, non sunt de ejus mente propriâ, sed aliorum, ut patet ex verbis, *Alii reducunt*

Nobis tadem obicitur S. Th. quodlib. 12. infideliter à Gonetocitatus.

Nihil inde deducitur pro physice prædeterminationibus.

omnia hæc, &c. Nota ulterius eos Doctores, quibus imputat Sanctus Thomas ea verba dixisse *Omnia esse prædeterminata à providentiâ*. jam verò cum ipse Præceptor Ang. in eo loco clarè dicat, quod providentiâ nihil aliud est, quàm ratio ordinis rerum, prout est in mente divinâ & in mente divinâ solum existat præscientiâ: Idem est adhuc in opinione, quam refert, omnia esse prædeterminata à providentiâ Dei, ac omnia esse à providentiâ prævisa, præordinata, &c. Ast hoc, quid de physicâ prædeterminatione à Deo voluntati nostræ insusâ, & eam prædeterminante ad unum? Ex his omnibus jam manifestè apparet, Doctorem Angelicum nec in minimo patrocinari Patrum Dominicanorum sententiæ, quam suæ Scholæ contra tantum Doctoris mentem Magister Bañez induxit, & cui solum inhærent Dominicani Patres. Constat hoc ex jam dictis, & infra per integrum ferè annum dicendis.

LECTIO IX.

Infringuntur argumenta à ratione petita.

80. **A**Rguit primò Gonetus. Deus non solum est primum ens; sed etiam prima causa, ac prout indè licet creaturæ ab eo immediatè dependent in esse, eique subordinantur, ita etiam in operando & causando. Sed talis subordinatio, & dependentia salvari nequit absque physicâ prædeterminatione. Ergo. Minorem probat primò, ex Sancto Thomâ 1. part. quæst. 19. artic. 1. dicente: *Ubi cumq; sunt plura agentia ordinata, inferius movetur à superiori, sicut in homine corpus movetur ab animâ, & inferiora, & vires à ratione: Sic igitur actiones & motus inferioris principii sunt magis operata quadam, quàm operationes: Id autem quod pertinet ad superius principium, est operatio.* Ita ibi. Quibus verbis docet ad salvandam subordinatõe causæ inferioris à superiori, requiri, quod inferius à superiori moveatur. Probat secundò, Ubi cumque est subordinatio, ibi debet esse aliquis ordo prioris, & posterioris. Sed hoc per solum concursum simultaneum nullâ ratione salvatur. Tum quia subordinatio importat aliquem ordinem inter ea quæ subordinantur: Ordo autem essentialiter dicit prioritatem & posterioritatem. Ergo causa prima dicitur, prior in operando à priori per suam causalitatem. Ergo de primo ad ultimum causa prima movet liberum arbitrium per physicam præmotionem.

81. Respondeo igitur, concessâ majori negando minorem. Ad primam probationem autoritate amplectenda sunt omnia Divi Thomæ verba; & id solum distinguendum prævio;

Prima ratio petita à subordinatione dicitur esse facta responso dei; prout dicitur in 1. part. quæst. 19. artic. 1.

Respondeo deo habet dinatione illam factam concurrendum prævio;

sed non prædeter- minante ad unum.

guendum est, quod Adversarius infert, a- pertè docet, ad salvandam subordinationem requiri quod inferior à superiori moveatur motione, sive concursu prævio prædeter- minante ad unum, nego: motione, sive concursu prævio ad utrumlibet ex se indif- ferenti, & à voluntate determinabili ad hoc potius, quam ad illud, ob indifferentiam, & dominium proximum, atque completum, quod obtinet arbitrium tali concursu, sive motione positâ, concedo. Ad secundam probationem omnia concedimus præter uni- cam & malam consequentiam, quam infert Adversarius, qui quidem de primò ad ulti- mum malè deducit liberum arbitrium à Deo moveri per physicam prædeterminationem; cum solum inferatur, moveri concursu præ- vio, & per modum causæ universalis, indif- ferenti tamen ex se, & determinabili à vo- luntate, juxta supra dicta, & infra majori luce illustranda. Est enim duplex quæstio valdè diversa, & utraque ab Adversariis con- funditur: Prima scilicet, an Deus moveat liberum arbitrium per physicam prædeter- minationem ad unum, & impossibilem cum alio? Et huic quæstioni omnes ad unum Scholæ nostræ Doctores constanter negati- vè respondent. Est & alia quæstio, an sci- licet Deus moveat liberum arbitrium con- currendo cum illo per concursum simulta- neum, ita ut actio, quâ movet liberum ar- bitrium, sit ipsamet operatio creaturæ? Cui satis probabiliter respondent affirmativè Eximius Suarez, & ex nostris omninò plu- res. Nos autem, ut constat ex Cursu Philo- sophico, negativè respondemus cum pluri- mis, & gravissimis Societatis nostræ Do- ctoribus, quos in subsequentibus dabimus, & putamus, hanc nostrâ sententiâ non solum cæco impetu innoxia ruere Adversariorum tela; sed eos omnibus suis armis exarmatos iri, ut per totam hanc quæstionem clarè ostendimus

1. ratio defumitur ex eo quod per solâ phy- sicam præ- motione constitui- tur liberum arbitrium in ratione principii actualis: & deccurrit & excludens virtutem operativâ, operatio- nem, & concursu simulta- neum.

82. Arguit secundò. Ut causa secunda, ac proindè liberum arbitrium immediatè subordinetur Deo in causando, debet ab eo pendere, & constitui non solum in ratione principii habitualis: sed etiam in ratione principii actualis. Sed hoc nequit constitui tale, nisi per physicam prædetermi- nationem. Ergo. Probatur minor. Quia subla- tâ physicâ prædeterminatione, tria solum dantur in causâ agente, virtus scilicet ope- rativa, operatio, & concursus simultaneus, sed nullum ex his potest constituere liberum arbitrium in ratione principii actualis ad operandum. Ergo. Probatur primò de ope- ratione causâ secundæ, seu liberi arbitrii. Nam id à quo effectivè procedit, ipsa ope- ratio, non constituitur principium proximum per talem operationem. At operatio procedit effectivè à principio actuali, sive proximo & completo. Ergo operatio liberi

Theol.

arbitrii non constituit liberum arbitrium in ratione principii actualis sive completi ad operandum.

83. Probatur secundò de virtute opera- tivâ. Quia duo habet actuale operationis principium, nempe & quod sit indissolubili- ter connexum cum ipsâ operatione (impli- cat enim, dari actuale operationis princi- pium, & non poni ipsam operationem) & quod eam prioritate naturæ antecedit. Ergo principium actuale sive completum opera- tionis non constituitur virtute operativâ: quia hæc non est indissolubiliter connexa cum voluntatis operatione. Quod à concursu simultaneo non constituitur tale princi- pium. Patet. Quia applicatio causâ secundæ ad operandum, quam Sancti Patres & Divus Thomas necessariam dicunt, debet antecede- re operationem prioritate naturæ, & cau- salitatis. Concursus autem simultaneus non antecedit; aliàs operatio creaturæ ipsam antecederet creaturam, quod implicat. Ergo.

Malè di- stinguit ille Magi- ster opera- tionem à cõcurso simulta- neo.

84. Respondeo facilè, & breviter, concessâ majori, negando minorem. Ad probationem dico primò Magistrum Go- netum non solum in Dialecticâ malè infe- rendo, sed etiam in Arithmeticâ malè nu- merando deficere: quia tria quæ numerat, non sunt nisi duo, cum operatio & concu- rus simultaneus creaturæ in sententiâ Mag- ni Suarii, & aliorum non sunt nisi unum, & idem. Dico secundò, quod sublata physicâ prædeterminatione præter virtutem opera- tivam, & ejus operationem, sive concursum, datur quidem concursus prævius Dei, qui ex se universaliter & indifferenter se habet: aliàs non accommodaretur libero arbitrio, quod pro suâ naturâ & dominio petit indif- ferenter operari; non magis unum, quam aliud.

Falsum est, prin- cipium ac- tuale, & proximum operatio- nis esse cõ- illa indif- folubiliter connexu.

85. Ad secundam probationem dic, ra- tionem illam esse omninò falsam, scilicet principium actuale operationis, sive princi- pium proximum, & actu completum ad ope- randum (quod idem est) esse indissolubiliter connexum cum determinatâ, & actuali ope- ratione, hoc autem, ut constat ex totâ Quæ- stione, manifestè læderet libertatem. Ve- rum quidem est, quod liberum arbitrium à Deo motum, eâque motione constitutum, & proximè completum, vi motionis debere velle, aut nolle: attamen quia talis motio utpotè concursus causæ universalis, relinquit liberum voluntatis arbitrium, ut est de fide, non constituit illud indissolubiliter connexum potius cum volitione quam cum nolitione, vel econtrâ; sed solum complet, & constituit indifferentiâ dominii, ut proximè & expeditè velit, vel nolit, ita ut licet liberum arbitrium sine illâ motione præviâ non possit proximè sibi actum determinare: tamen illâ positâ indifferenti ad utrumlibet voluntas

C 2

ratione

ratione dominii ad utrumlibet, se determinat ad volitionem potius, quam ad nolitionem, vel è contra. Ad illud autem de concursu simultaneo dictum est jam diverfam esse quaestionem, & penes nostrum Suarium, & alios Recentiores erit respondere. Nos verò cum aliis è Societate aliam viam à Curfu Philosophico inivimus. Unde in hoc puncto sunt Adversarii monendi, ita eos debere procedere, ut non tam probent, non dari concursum illum simultaneum: sed vires, & nervos intendant ad suam physicam prædeterminationem probandam, de qua hætenus jejunamus, cum nihil nobis probetur.

3. quam Gonet dicit specialem rationem, plenè dissolvimus.

86. Arguit tertio, & ut ait Gonetus, ratione speciali & ex Divo Thomâ hic quaest. 9. artic. 4. ubi sic discurrit: Omne, quod quandoque est in actu, quandoque in potentia, indiget moveri, determinari, & constitui in actu ab aliquo movente; quod fit semper in actu, & nunquam in potentia. Sed liberum arbitrium quandoque est in actu, quandoque in potentia; incipit enim aliquando velle aliquid, quod antea non volebat. Ergo ad hoc, ut actu velit, indiget moveri ab aliquo movente, quod fit semper in actu, & nunquam in potentia, quod ut constat, non potest esse nisi Deus. Distinguo majorem: indiget moveri, & determinari motione, & determinatione paratâ ad utrumlibet, & illæsum relinquere dominium; si causa est libera, concedo; indiget præmoveri, & prædeterminari ad unum, nego majorem. Motionem, & determinationem causæ primæ, & universalis concedimus cum Divo Thomâ; præmotionem verò & prædeterminationem ad unum, cum coque intrinsecè connexam, cum ipso Angelico Præceptore rotundè negamus. Ex quibus patet jam ad reliqua argumenti.

4. à contrariis ratio decantata, illi innotuitur axiomati: ab indifferenti ut tali non oritur determinatio.

87. Arguit quartò. A principio indifferenti, & indeterminato non sequitur actio nisi prius determinetur ab aliquo, quod fit in actu: Tum quia indifferens & determinatum intrinsecè opponuntur & se habent, sicut frigidum, & calidum, atque aded sicut à frigido ut tali non potest calor procedere, ita nec ab indifferenti ut indifferenti potest actus determinatus exire: Tum etiam quia id quod est ad utrumlibet, est sicut ens in potentia, sed ens prout in potentia non est principium agendi: sed solum prout est in actu. Ergo. Tunc sic. Atqui voluntas creata est principium indeterminatum & indifferens. Ergo nisi prius determinetur ab aliquo, non poterit exire in actum.

Illam distingue do duplicè indifferenciam

88. Argumentatio hæc magni habetur in Scholâ contrariâ; sed cadit æquè facile sicut præcedens. Respondeo igitur cõmuni nostrorum solutione, primam distinguendo rationem: à principio indifferenti indiffe-

rentiâ incompletionis, quæ oritur ex defectu vel alicujus virtutis in potentia, vel alicujus requisiti ad operandum necessarii, concedo: à principio indifferenti indifferentiâ dominii perfecti & completi, nego. Do exemplum in ipsâ voluntate, quæ ex viribus propriis, & ex naturâ suâ indifferens est ad hunc vel illum actum supernaturalem: at quia est indifferens indifferentiâ incompletionis, & ex defectu virtutis supernaturalis, indiget elevari & moveri per aliquam formam, quâ constituatur, & compleatur in ratione principii habitualiter completi ad actus supernaturales; & ad hoc concedunt Theologi habitus & virtutes supernaturales. Similiter mōnus ex se dicitur, & est indifferens, ut sit calida, vel frigida, ac proinde ut sit in actu determinato caloris, per aliud, quod sit in actu debet determinari scilicet per agens naturale; quia talis indifferentiâ oritur ex defectu virtutis, quâ sit vel determinatè calida, vel determinatè frigida.

89. Alia dicitur indifferentiâ dominii & libertatis, & hæc sit perfecta, & omnibus suis requisitis completa, non indiget alio determinativo, sed se ipsam determinat ad unum potius quàm ad aliud: unde talis indifferentiâ solum opponitur determinationi necessariæ, & ad unum, non autem determinationi liberæ. Sic dicimus, voluntatem divinam esse indifferenciam potestate sui dominii actualis, quantum ad objecta extrinseca creata, quæ indifferentiâ cum non sit ex defectu virtutis; sed sit in actu completo volendi, non opponitur determinationi liberæ: sed solum determinationi necessariæ objecti creati. Hæc igitur doctrinâ suppositâ, duplicem in nostrâ voluntate oportet distinguere indifferenciam: alia est indifferentiâ potentia remotæ ad operandum; & ut sic, non est in ratione dominii proximi, perfecti & completi ad volendum, vel nolendum ex defectu alicujus requisiti ad operandum. Hanc indifferenciam habet nostra voluntas, in quantum est, vel consideratur sine motione Dei, & solum potest à Deo moveri ad operandum; & à voluntate hoc modo indifferenti non exit, nec exire potest saltem proximè actio determinata, quia est indifferens indifferentiâ incompletionis, & ex defectu virtutis, vel requisiti necessari ad operandum, quale requisitum est concursus prævius causæ primæ, à quâ dependet omnis operatio creatura.

90. Alia est indifferentiâ in nostro libero arbitrio, quæ dicitur indifferentiâ dominii, & potestatis; quam indifferenciam habet voluntas ad hoc, vel illud volendum objectum, postquam jam est mota à primâ causâ, & omnibus suis requisitis ita completa, ut absque alio determinativo (cum nihil

cursu præ- nihil ei deficiat ad volendum hoc, vel
vium, non illud) à voluntate hoc modo indifferen-
tamen præ- ti possit exire, & de facto exit actio de-
determi- terminatè volendi; sed ita liberrimè, ut
naturam ad loco illius in eodem instanti posset sibi
unum, determinare actionem nolendi. Hæc igitur
indifferentia dominii proximi, perfecti, & completi, in quâ vera, propria
ac completa libertas consistit, nunquam
salvatur in sententiâ contrariâ, quam ut
omnino necessariam, omninoque con-
cedendam ex Conciliis, & Sanctis Patri-
bus, & præcipuè ex Divo Thomâ ite-
rum atque iterum judicamus.

Arguit 5. 91. Arguit quintò. Prædeterminare
Gonetus voluntatem, est eam applicare ad agen-
ex divino dum. Sed Deus voluntatem applicat ad
dominio agendum. Ergo & ipsam prædeterminat.
in nostrâ Minorem suadet. Deus in nostram vo-
voluntate luntatem perfectum habet dominium jux-
suam præ- ta illud Esther. 13. *Dominus universorum*
determi- tu es. Ergo eam applicat ad agendum.
nationem Antecedens constat, & consequentia pro-
intendens batur Usus rei est actus proprius domi-
inferre. nii, quod idcirco definitur, *Facultas u-
rendi re in omnes posibles à lege permisso.*
Ergo. Respondeo distinguendo majorem,
prædeterminare voluntatem, est eam appli-
care ad agendum hoc tantum, & non illud,
concedo majorem: & ita docent omnes
Contrarii: est eam proximè applicare ad a-
gendum hoc, vel illud pro libito volunta-
tis, Nego majorem. Et distingo mino-
rem: Deus applicat voluntatem ad agen-
dum proximè determinatè hoc, & non
illud ex vi applicationis, seu divinæ mo-
tionis, nego. Deus applicat voluntatem
ad agendum proximè, & explicitè hoc,
vel illud, concedo minorem. Igitur vo-
luntas ante applicationem, & motionem
Dei, etiam juxta Adversarios, cum non
sit constituta in actu principii completi,
solum est incompletè potens, & incom-
pletè indifferens ad agendum æquè hoc,
vel illud: adveniente autem concursu,
& motione primi moventis, applicatur,
& completur ea potentia voluntatis, quæ
ante illam motionem erat remotè, sive
incompletè potens, ac proindè redditur
per ipsam motionem, & concursum
Dei proximè potens, & completè in-
differens ad agendum æquè hoc, vel
illud.

Fatemur 92. Unde nos minimè negamus,
quidem Deum suo prævio concursu applicare
Deum suo voluntatem ad agendum; sed solum re-
concurso jicimus, concursum illum prævium ex
prævio naturâ suâ, & ex intrinseco conceptu
applicare naturâ suâ, & ex intrinseco conceptu
voluntate applicare voluntatem ad unum determi-
ad agen- natè, in quo (ut supra dixi) falso ju-
dum, non dicio laborat Magister Gonetus. Dici-
tamen mus ergo Deum applicare voluntatem ad
prædeter- operandum indifferenter hoc, vel illud
minare ad unum.

ita, ut posita motione, sive applicatio-
ne, unum è duobus sit ponendum; at
quod ponatur hoc potius, quàm illud,
non pertinet ad naturam applicationis;
seu motionis divinæ; imò esset contra
rationem concursus causæ universalis, qui
per hanc causam determinatur ad hunc
effectum in specie, & per aliam ad al-
ium, &c. Sed solum pertinet ad volun-
tatem ut quid proprium & speciale illius.
Undè licet voluntas nostra sine motione.
& Dei prævio concursu non possit pro-
ximè ponere aliquid, nec aliquid velle;
at posita motione, quâ movetur, & ap-
plicatur, seu approximatur ut libera, &
indifferens indifferentia dominii perfecti,
est proprium, & specialissimum illius,
quod amet hoc potius, quàm illud, vel
econtra, ut probatum manet. Nam San-
ctus Augustinus lib. de Spiritu, & Lit-
terâ, cap. 34. ait: *In omnibus misericordia
ejus prævenit nos (ecce concursum præ-
vium) consentire autem vocationi, vel ab
eâ dissentire propria voluntatis est.* Ecce quo-
modò est proprium voluntatis præventæ
consentire potius, quàm dissentire, vel
econtra. Et Sanctus Thomas supra cita-
tus ait: *Deus movet voluntatem ut univer-
sals motor ad universale objectum, & sine
hâc motione homo non potest aliquid velle;
sed homo determinat se per rationem ad
volendum hoc, vel illud.* Ecce clarissi-
mè sententiam nostram. Alia argumenta,
quæ petuntur tum ab efficacîâ auxilii, tum
ab ipsius sufficientiâ, alibi expedienda
remituntur.]

QUÆSTIO II.

Ultima expenditur resolutio circa
modum, quo Deus concurrat,
& liberum movet arbi-
trium.



QUÆSTIONEM attingi-
mus, in quâ necesse est,
ut proprium judicium, pro-
priumque mentem circa
dubium tot tricus implexu
aperiamus: Inam cum in
superioribus tatis discussum sit, Deum non
movere liberum arbitrium, ei imprimen-
do illam Physicam Prædeterminationem
ab omnibus Patribus Dominicanis asser-
tam, & quod illa funditus libertatem ever-
tat humanam. Restat modò ostendere,
quâ ratione, quove modo liberum arbi-
trium moveatur à Deo in suas liberas ope-
rationes.

C 3

LECTIO

LECTIO I.

*Sententiam Sanctorum Augustini
& Thomæ ut longè veriores
aliis præfero.*

Concursum quo Deus liberum movet arbitrium, est antecedens in voluntate prioritate naturæ ad ipsius operationem.

EX his, quæ spatioſo calamo supra disputavimus, liquidò constat, concursum Dei, quo liberum movetur arbitrium ad liberè operandum, nec in physicâ prædeterminatione, nec in concurſu ſimultaneo, ſive operatione creaturæ ſimul cum Deo, ſufficienter ſalvari; ac proinde mediã viam, quã in hoc puncto tenuère Magnus Auguſtinus, & Angelicus Doctòr, eſſe nobis amplectendam, ut in lubricã, totq̃ ambagibus implexã contròverſiã pedem figere poſſimus. Duo igitur ſunt nobis probanda: Primum eſt, concurſum Dei, ut liberum arbitrium operetur, eſſe prævium in voluntate, & antecedentem non prioritate temporis, ſed ſolum naturæ, & cauſalitatis ad operationem liberi arbitrii. Secundum eſt, talem motionem, ſive concurſum eſſe ex naturâ ſua indifferentem, ſubditumq̃ voluntati quoad proprium ipſius uſum; ac proinde ab ipſâ determinabilem, vel ad volitionem, vel ad nolitionem, prout ipſâ pro ſuo dominio cauſa particularis ſe determinaverit: quamvis enim voluntas ſine prævio concurſu, & ſine motione non poſſit proximè ſe determinare nec ad velle, nec ad nolle; eò tamen in voluntate poſito per ſolum dominium Dei, ipſa manet proximè expedita ad utrumlibet, ut ſuum proprium dominium exerceat. Hæc fuit expreſſa mens Sancti Auguſtini, & Divi Thomæ, ut facile conſtabit ei, qui eorum authoritates ſupra datas, & alias infra dandas evolaverit.

SS. Patrù relegere veſtigia ſapientiffimi Soc. noſtræ DD. in hæc tenenda ſerenità.

94. Veſtigia horum Sanctorum Patrum ex noſtræ Societatis Doctòribus relegere poſteã Sapientiffimi, juxta ac Eminentiffimi noſtri Bellarmini, & cui in rebus Theologicis moralibus, canonicis, & civilibus totus litterarius Orbis meritò applaudit: Pater Sylveſter Maurus in Curſu Philoſophico recentè edito, & Romæ à Recentioribus noſtræ Societatis approbatò, & ipſo nomine R. P. Generalis Joannis Pauli Oliivæ expreſſè firmato. At quia res eò devenerit, ut noſtra ſententia cordatiſſimo noſtrorum judicio fuerit ſubjecta, & quòrum prudentiſſimo examini iterùm atque iterùm, ac milies ſubjectam. Operè tamen pretium duxi tam gravium Doctòrum verba, & mentem palam omnibus facere, ut liquidè conſtet me non ad eò in propriis cogitationibus

evaneſcere, ut ſolùm novitatis pruritu tactus, malè ſanam opinandi ſcabiem refricem, veritatis amore, cujus ſcopum ſemper mihi præfixi, ut qui maximè ducor, de hoc mihi conſcius ſum; at quia apud aliquos fortè non juſtificatus ſum: ſtemus propoſito, & miſſis verborum offendiis, intento operi accingamur.

*Suffragium Eminentiffimi noſtri
Cardinalis Bellarmini pro
concurſu prævio indifferenti.*

95. **N**on eſt, quod Bellarminum fama prævio indifferenti tempore quo diſputandi calor maximè ardebat inter utramq̃ Familiã Dominicanam, ſcilicet, & Jeſuiticã; nulli peperciſſe labori, ut bonæ Matri bonus Filius ſuppeditias ferret, Hic igitur Doctòr lib. 4. de Gratiã. & Libero Arbitrio duplicem aſſert modum conciliandi libertatem arbitrii cum operatione Dei: Alterum, cap. 15. per concurſum ſimultaneum, quem tribuit Gabrieli & Gregorio Ariminenſi, & aliis: alium cap. 16. per concurſum Dei prævium, quam probabiliorẽ inſinuat, eumq̃ adſcribit Divo Thomæ, & denique ibidem ſic ait: *Altera ratio conciliandi libertatem humanam cum operatione divinã, & fortè etiam probabilior juxta ſententiam Sancti Thomæ, qui dicit, cooperationem divinã ita concurrere cum cauſis ſecundis etiam liberis, ut non ſolum eis dederit, & conſerveret vires operatrices; ſed etiam eas moveat, & applicet ad opus, ut cognoſci poteſt 1. part. quaſt. 105. artic. 5. & lib. 3. contra gentes cap. 70. & in quaſt. 2. de potentia art. 7. Quæ ſententia videtur valde conſentanea Scripturæ, quæ docet, nos in Deo vivere, & moveri. Et paulò infra ait: Sciendum eſt influxum, ſeu virtutem Dei, quã voluntas movetur & applicatur ad opus, recipi in cauſis ſecundis ſecundum earum diſpoſitionem.* Ita Bellarminus.

96. Verum quidem eſt, quod doctiffimus Cardinalis licet concedat concurſum antecedentem, & motionem Dei præviam in voluntate diſtinctam ab actione creaturæ; addit tamen non diſtingui ab ipſâ virtute naturali cauſæ ſecundæ. Verba ipſius ſunt: *Quocirca virtus à Deo impreſſa per modum tranſeuntis, dum cauſa ſecunda operatur, non diſtinguitur ab ipſâ virtute naturali; ſed eſt illa eadem, quatenus Deus utitur ad illam actionem perficiendam: eſt autem neceſſaria hæc motio Dei ex parte cauſæ ſecundæ, quæ cum talis ſit, id eſt ſecunda habet neceſſariam dependentiam à cauſâ primâ in cujus virtute operatur.* Ita ille. Sed in hoc ultimo aliquantò declinaſſe videtur.

videtur à Divi Thomæ sententiâ, quatenus docet motionem istam præviã in voluntate receptam, non distingui à virtute naturali, quasi posset illa extrinsecè solum à Deo moveri, quod difficilè potest intelligi: sicut nec paries cum extrinsecè dicitur visus movetur.

Approbatorius calculus nostri Cardinalis Toletii pro concursu divino prævio indifferenti.

Etiã patrocina-
tur Card.
Toletus
2. Phyl.
3. q. 8.

Fuit Toletus suo sæculo nemini posterior; & quispura velit de huius Viri profundâ eruditione remittendus ad Pontificale Historiã. Hic igitur Doctor qui floruit tempore præcipue disputationis, 2. Phyl. cap. 3. q. 8. Sententiam nostram ita apertissimè docet, *At ut modum quo Deus cum particularibus causis operatur, intelligas: adverte quadrupliciter dici aliquis causa actionis alicujus rei: Primò, quia tribuit virtutem operandi, sicut generans dicitur movere grave, quia tribuit gravitatem, quâ movetur; & equus generat equam, quia tribuit virtutem seminis, que facit equum; & hoc modo dicitur Deus causa actionis rerum naturalium, quia eis virtutes quibus operentur impertitus est. Secundo modo aliquis est causa actionis rerum naturalium, quia conservat virtutem, quâ aliud operatur; ut medicina, & herba, dicuntur cause visionis, quia conservat potentiam visivam, seu virtutem, & hoc etiam modo Deus dicitur causa actionis rerum, quia ipsarum esse, & facultatem, & omnia conservat. Tertiò aliquid dicitur causa actionis, quia applicat aliquid ad agendum, ut qui ponit ignem domui, & ipsam comburit; & sic etiam Deus est causa; quia nihil movetur sine Deo. Præter hos modos est unus alius quartus, quo aliquid movet per instrumentum, ut Artifex pennicillo pingit; ex parte effectus una est operatio; at ex parte principiorum duplex est: nam instrumentum agit, artifex etiam agit; sed non separatim: hoc enim instrumentum sine artifice, nec artifex sine ipso instrumento operatur. Vide igitur quomodo actio instrumenti ab artifice dependeat, & effectus ab utroque, sed magis ab artifice: Sic te oportet elevare mentem, & intelligere de Deo glorioso qui cum iis causis sic operatur, ut simul & ipsa operentur; sed à Deo mota, & directa, sicut instrumentum ab artifice; & quemadmodum artifex non eodem instrumento omnia facit; sed pro diversitate effectuum accommodatis utitur instrumentis: ita Deus non idem omnibus causis facit; sed diversis diversa, & concurrat cum ipsis juxta ipsarum naturam, cum liberis liberè, cum necessariis necessariò, cum debilibus debilitè, cum fortibus fortiter pro sua suavisimâ dispositione universali operando. Ita doctissimus Toletus.*

Sententia Patris Azor pro eodem concursu prævio, & indifferenti.

98. Post hanc disputationem pleno, & integro calamo exaratam, bona fors nobis obtulit hunc Authorem, qui id temporis etiam floruit, quo tota Societas contra physicam prædeterminationem certabat, scripsitque quindecim annis post editam concordiam nostri Sapientissimi Molinae, ejusque librum suo proprio nomine commendavit Reverendus admodum Pater N. Generalis Claudius Aquaviva, qui suo decreto universæ Societati præscripsit, quid in puncto de efficaciâ gratiæ nobis, & omnibus Societatis Magistris esset dicendum, distandumque; nec est credibile, quod tam pius, juxta & doctissimus Generalis probaret, firmaretque contrarium, quod cunctis Societatis observandum injungebat.

99. Ut ergo Pater Azor rem totam in præfenti controversiâ expediat, lib. 1. instit. cap. 21. quæst. 8. Primò dubium hoc his verbis proponit: *An Deus quando cum natura, vel voluntate operatur, ipsam moveat, & applicet ad agendum? Secundo, Partem affirmativam tribuit Divo Thomæ 1. part. quæst. 105. artic. 5. ad 3. ait: Sententiam Divi Thomæ vilam fuisse difficilem aliquibus, inter quos refert Gabrielem, & alios, qui ut recederent à Divo Thomâ, sententiam de concursu simultaneo per eandem actionem meditati sunt: & proponit eorum rationes. Quartò propriam mentem declarat his verbis: *Ceterum mihi videtur verissima Sancti Thomæ sententia, eamque planè videtur Augustinus tradere, lib. 3. de Trinitate, cap. 3. 4. 5. & 6.**

100. Quintò post relatas aliquas S. Augustini, ut ejusdem Patris Azor verbis utar, sic pro nostrâ sententiâ à ratione procedit; Deinde inter primam causam agentem & secundam est ordo, quo una necessario pendet ab alterâ: ergo secunda non agit nisi à primâ ad agendum mota, & applicata. Advertendum (inquit Almainus tract. 1. Moral.) est, quod causa prima non solum est causa effectus producti à causâ secundâ, sed etiam est causa, ut causa secunda producat talem effectum, v. g. Cum voluntas agit volitionem, non solum Deus est causa volitionis, sed etiam est causa quare voluntas illam producit volitionem. Hæc ille.

101. Ideo enim dici videtur causa secunda, quia movetur à primâ; alioquin solum esset causa cum prima: sicut cum duo simul trabem portant, ubi quia unus ad portantem non movetur, nec applicatur ab altero, non potest dici causa secunda alteri comparata.

Expendimus P. Azorii iustitiam maxime sanè ponderis pro Dei concursu prævio, & indifferenti

Quæstionem istam proponit lib. 1. instit. c. 21. q. 18

Ejusdem P. verba pro sententiâ nostrâ referentur.

Causa 2. idè dicitur talis quia à primâ movetur, item quia est causa cū prima.

rata; sed est simul cum alterâ causâ. At verò Deus non sic agit cum causâ secundâ; v. g. Deus, & ignis lignum exurunt, non præcisè tanquam duo navem trahentes, quod ex multis prospici potest. Primò. Cùm duo simul navem trahunt, unus non facit, ut alter trahat; sed simul cum altero trahit; & idè ad trahendum non movet, nec applicat alterum. Atqui Deus non solum cum igne urit, sed etiam facit, ut ignis urat: quia ignis non subsistit, nisi Deo volente & faciente, ut subsistat; si non urit non movet, non efficit nisi Deus velit, & faciat ut urat, moveat, & efficiat. Secundò. Cùm duo simul trahunt, uno deficiente, alter non potest trahere nisi in eo virtus duplicetur, ita ut suppleatur efficacia alterius. Cæterùm cùm Deus & ignis urunt, etiam si ignis in totum deficeret, non egeret ad urendum aliquâ virtute suppleente efficacitatem ignis tanquam causæ ad urendum simpliciter necessariæ: quia nulla causa deesset ad id penitus necessaria, sed solum ea, quam Deus cum rerum naturas instituit, & earum ordine servato, operatur, voluit, ut secum ad comburendum conveniret, qui est ignis. Tertiò, ut rectè cum Petro Alicensî ait Gabriel, plus facit Deus producendo cum causâ secundâ aliquem effectum, quam si eundem per se sine causâ secundâ præstaret, quia cùm facit cum causâ secundâ, ipse non solum producit effectum; sed etiam facit ut causa secundâ cum eo efficiat, quod in duobus navem trahentibus, non contingit.

102. *Objicies.* Ignis cùm urit, in se nihil excipit: immotus enim urit. Ergo Deus ad urendum eum minimè movet, & applicat; eo enim in ipso vim aliquam, vel virtutem, imprimeret. Respondeo in hoc causas secundas ab artificum instrumentis distingui, quod movet artifex instrumenta, & in eis nullam vim & virtutem aliam nisi motionem imprimi; & idcirco instrumenta immota nihil efficiunt. At causæ secundæ cùm sint institutæ, vires & facultates naturæ suæ accommodatas acceperunt, quibus possent, non quibus facerent sine Deo; & ita cum faciant, non faciunt nisi Deo volente, & decernente, ut faciant: cùm creatus est ignis, datum est illi, quo posset urere; deinde cùm urit, vult, & facit Deus, quod urat; nullam tamen virtutem recipit denuò, quâ possit: nihilominus non urit, nisi Deo ante volente, ut urat & motionem excipit, quâ urat & Dei voluntas præcedit, ut urat; quare cùm urit, hoc habet; quoniam Deus vult, & volendo facit, ut ignis urat. Ignis igitur immotus urit; quia nullam vim denuò, aut virtutem excipit, quâ possit; sed nihilominus urit, & hoc ipsam, quod urit, & urendo efficit, habet, quia Deus vult, ut urat, & faciat.

104. Sed nunquid, quando ignis urit, movet eum Deus ad urendum? Movet quidem non quia vim, virtutem, hanc vel illam denuò imprimat; sed motionem, quâ Deus movet, & ignis movetur; nec enim fieri potest, ut Deus ignem moveat ad agendum, & quod ignis non moveatur. Quid est, dices, ignem ad urendum moveri? Respondeo, nihil aliud esse, nisi Deum uti igne ad urendum, nam Deus sine igne urere non potest; at ignem adhibere ad urendum. Sed quid est Deum igne uti, vel eum adhibere ad urendum? Respondeo Deum igne uti ad urendum, & ignem movere ad urendum, quia vult ut urat, & volendo, motionem in igne imprimi, quâ unâ cum Deo urit ignis motus ab ipso Deo ad urendum. Causæ igitur secundæ à Deo ipso moventur, & applicantur ad duas functiones, & opera; quoniam Deus in ipsis motionem imprimi, & idè movendo facit, ut causa secundâ faciat. Ita expressè sapientissimus Azor.

Placitum Cardinalis nostri Sforzia Palavicini, & aliorum Societatis pro concursu prævio.

105. **N**oviter occurrit mihi Cardinalis noster Sforzia Palavicinus vir omni eruditione plenus, & Sacræ Theologiæ Magister in Collegio nostro Romano, qui expressè sententiam nostram edocuit, & quam postea probarunt Viri nostri Doctissimi, inter quos Conterraneus meus Pater Martinus de Sparza suo seculo nemini in Theologicis posteriorum opinio de licentiâ R. P. N. Generalis Gosuini Nickeli fuit prælo commissa, ut ex ipso constat Operis Frontispicio. Hic igitur Doctor disputat. 6. de actibus voluntatis, artic. 12. dubium his verbis proponit: *An voluntas premoveatur à Deo per aliquam motionem intrinsecam non solum ab objecto, sed etiam à Deo?* Ubi hoc etiam quarit de alijs causis creatis. Cui dubio satisfacit primò dicens: *Docet Divus Thomas quest. 9. in artic. citato, voluntatem non solum moveri quoad specificationem ab objecto, sed etiam quoad exercitium ab aliquo principio exteriori.* Et quest. 10. artic. 4. quarit: *an moveatur de necessitate à Deo?* Et respondet: *Moveri quidem semper à Deo; sed tali motione, que non ex necessitate ad unum determinet, sed ita ut motus voluntatis maneat contingens.*

106. Secundò idem Author ait. *Major difficultas, an ista motio Dei possit fieri per merum decretum mere extrinsecum: an necessariò fiat per aliquid intrinsecum receptum in voluntate, sive in ipsâ causâ creatâ?* Sic ille. Et relatis sententijs, sequitur securum Divi Thomæ

Thomæ iudicium, debere fieri per aliquid intrinsecum receptum in voluntate, & in alijs causis secundis; illudque probat, & ad argumenta respondet. Tertiò, num. 6. sic ait: *Ex his colligi potest decisio illius celebris quæstionis, an actio causa prima, & secunda distinguantur? Dicendum enim dari aliquam actionem causa prima, qua distinguitur ab omni actione causa secunda, hoc est præmotionem supra dictam.* Sic Ille, jam verò quod hic Author licet motioem præviam defendat, non adhareat Patribus Dominicis in puncto physicæ prædeterminationis, satis constat ex fine articuli, ubi se explicat dicens: *Sequela probatur: nam postquam illa præmotio indifferens ex parte Dei, &c.* Sic ille, Jam verò ubinam ab integro hujus disputationis sæculo, auditum est in Scholâ contrariâ, nomen præmotionis indifferentis ex naturâ suâ ad utrumlibet.

107. Huic etiam sententiæ nostræ subscripsere plures ex nostris Doctoribus: Pater enim Valentia, qui rem hanc satis disputavit pro nostris, disput. 3. quæst. 1. sic ait: *Ad argumentum autem primum Durandi respondeo, Deum non per eandem actionem, quâ Creatura, sed per aliam producere eundem effectum.* Secundò ait: *Ad id autem, quod Durandus quaerit, si per duas operationes attingitur immediate idem effectus, an simul, vel non simul per illas attingatur: respondemus, attingi per illas simul tempore, quamvis natura prius per divinam, ut est actio prima, & universalissime causa.* Ita ille, Idem docet P. Sylvester Maurus in suo Cursu Philosophico quæst. 44. de concursu Dei, & quæst. 38. de primo motore; & denique lib. 3. quæst. 22. in solutione ad 1. sic ait: *Omnes creaturae sunt moventia, & agentia imperfecta; idèq; dum moventur à Deo superiore movente, & producantur ad novam perfectionem, & actualitatem moventi, quâ antea carebant; & dum agunt, patiuntur, & recipiunt à Deo superiore agente perfectionem, & actualitatem actionis, ad quam inclinant vehementissimè.* Ita Ille, Pater verò Huzon cultissimus nostri sæculi Theologus in manuscriptis de hoc puncto disput. 1. membro 3. sic ait: *Posterior verò pars conclusionis, scilicet dato, quod ex prioritate & independentiâ concursus divini inferretur præmotio: non tamen præmotio inseparabilis ab actu, qui est scopus hujus tractatus. Probatur clarè.* Ita ille, Cujus probationes omitto. Possem & alios Societatis referre Doctores, & P. Daniel supra citatus ad finem suarum litterarum.

Replicat Gonerus præjectos Soc. DD. pro sua physicâ prædeterminatione itentis?

Replica Magistri Gonetii.

Magister Gonet disputat. 6. de modo, quo voluntas voluitur, artic. 2. §. 5. per totum, sibi, & suæ Scholæ contra nos Theol.

plaudens, totus est, ut probet primò Divum Thomam etiam ex mente plurium Jesuitarum stetit pro suâ physicâ prædeterminatione. Secundò plures ex gravissimis Societatis nostræ Doctoribus suæ physicæ prædeterminationi subscripsisse. Idque ut præstet quasi annuens Socijs suis, sic discurrit: *Belarminus, Toletus, Azor, & alii plures Jesuitarum clarè docuerunt, Deum concursu & motione præviam movere, & applicare voluntatem & alias causas secundas ad suas operationes, eamq; sententiam proprio ore dicunt, esse expressam Sancti Thomæ.* Ergo jam vel ex ipsa Jesuitarum mente non solum Divus Thomas docuit physicam prædeterminationem, sed etiam plures viri doctissimi Jesuitarum eandem cum Doctore Angelico sententiam de physicâ prædeterminatione ut verissimam tenuerunt, nostrorumq; vestigijs adhaerunt. Sic discurtus Magistri Gonetii ex §. 5.

109. Quid hic agendum, dum ante triumphum sic victoriam canit Gonet, & quidem contra totam Societatem? Consequens autem illud nobis adeò extraneum, hæctenus non est admissum, nec in Scholâ nostrâ admittendum puto. Tum quia omnes nostrî constanter edocent Divum Thomam constanter, & clarè contra physicam prædeterminationem stetit, eamque à solo Bannez, & aliis emanasse contra mentem ipsius Angelici Præceptoris: Tum quia hæctenus non est auditum, Doctorem ullum ex Jesuitis fuisse Prædeterminatorem. In trivium sumus; quam arripiemus viam? Dicemusne Doctores nostros supra citatos, & à Gonetio revisos, non docuisse concursum & motionem illam præviam à Deo, nec eam Divo Thomæ tribuisse? At hoc esset in Thomistarum oculis solem, qui super omnes exoritur, in meridie negare: Sunt quippe Viri eruditione præditi, & præter Theologiam, quâ pollent, in Grammaticâ, quâ solâ ad id nobis ostendendum, indigent, maximè versati. Hæc ergo est relinquenda via. Dicemusne Doctores nostros à Gonetio relatos prædeterminatores extitisse, ut ipse contendit, fecisseque Divum Thomam Prædeterminantium Ducem? At hoc apud universam Societatem malè audiret; quæ autem absurda inde sequerentur erga Doctores nostros, non est quod attingam; discurrat alius. Hæc etiam via declinandâ est: Divus Thomas à prædeterminatione physicâ vindicandus, Doctores nostri purgandi, imò bonæ solutionis lixivio extergendi ab imposturâ Gonetii. Sed quâ viâ dices? Audi, & memor esto Ovidii: Igitur ne caderet Phaëton, Solis ducendo currum, viasque eundi demonstrans, hoc ei consilium Sol ipse adhibuit.

Inter utramq; tene, mediâ tutissimus ibis? Ducimus igitur in Societatis Scholâ currum Solis Angelici Thomæ, & quidem in hoc puncto

Nostrorum nullus huc usque exiit pro Thomistâ præmotione & id falsò imponitur à Gonetio.

puncto maximâ studiorum nostrorum gloria utrumque ei humerum admoveamus, jam verò ut veritatis scopum, quam in hac controversia Societas semper sibi præfixit, meliori modo attingamus, mediâ hac viâ tutissimè ibimus. Patiens esto, & totius Operis decursu omnia tibi reddam.

M. Gonetio. Respondeo igitur ad replicam Magistri Gonetii, antecedens esse verum; at consequens omnino falsum; consequentiam verò pervie fallacem, & ab omni Dialecticâ quàm longissimè aberrantem. Idque ut clarè ostendam, ad manum est casus, & qui non semel in Scholis nostris solet accidere. De summularum tyrocinio rudimentarium puerum jubeo ad me venire. Adsum, inquit puer. At ego ut de puerili indole periculum faciam: Sic insurgo. Edidisse mihi puer, quid est homo? Ille respondet: est animal rationale. Tum ego: ergo & equus jam erit homo. Absit mi Pater, ille ait: nam equus quo pacto poterit esse homo? Hoc enim pacto, mi puer: Homo est animal. Sed equus est animal. Ergo equus etiam est homo. Ridet tunc puer, & resumpto argumento, negat consequentiam: non enim valet, inquit, Pater mi, nec tenet hæc consequentia: *est animal ergo est homo*: quia Magister nos docuit hæc Dialecticæ regulam, quod licet valeat consequentia à negatione generis ad negationem speciei, ut *non est animal, ergo non est homo*: at nec teneat, nec unquam valeat ab affirmatione generis ad affirmationem speciei, v. g. *hoc est animal, ergo est homo*. Bone Deus! En jam captam, & corio nudatam Magistri Gonetii fallaciam: quia ut ejus Schola constanter fatetur, physica prædeterminatio duo dicit, videlicet esse præviam, & esse inseparabilem ab amore, sicut homo duo dicit, scilicet & esse animal, & esse rationale; unde sicut ex animali dato, non infertur homo, quia homo non solum est animal, sed etiam rationale, ut pars principalissima hominis, sic ex prævio concursu dato & concesso malè infertur physica prædeterminatio Scholæ contrariæ, quia hæc non solum est motio prævia, sed etiam inseparabilis à consensu, sive essentialiter cum illo connexa tanquam pars principalis physicam Patrum Dominicanorum prædeterminationem constituens.

Hinc SS. PP. & cit. nostri D. D. præviū edocuerunt concursū, sed generale, & ex naturâ suâ ad utrumlibet indifferentem.

III. Hinc est quod Sancti Augustinus, Thomas, & ex illis Bellarminus, Toletus, Azor, Valentia, & alii citati, docuerunt (& benè) concursum prævium: at nec Divus Thomas, nec nostri Doctores unquam prædeterminationem physicam probavere; sed solum generalem concursum prævium, & ex naturâ sua indifferentem in voluntate ad utrumlibet: Unde sicut concedere animal in equo, non est concedere hominem in equo: sic admittere in voluntate concursum prævium eo pacto, quo à no-

bis cum Sancto Thomâ, & his Doctoribus propugnatur, non est admittere in voluntate physicam prædeterminationem. Hinc etiam est, quod quantum distat equus licet sit animal, ab eo, quod sit homo: tantum distat concursus Dei, licet sit prævius, ab eo quod sit physica prædeterminatio: & quantum distat motio prævia illustrationis, quæ ex parte objecti movetur voluntas ad operandum liberè, ab eo quod sit prædeterminatio moralis, tantum distat concursus prævius, quo voluntas à Deo movetur, ut à primo movente, ab eo quod sit prædeterminatio physica.

112. Utramque igitur motionem præviam consequenter dicimus utraq; ex naturâ suâ indifferentem, & consequenter utramque necessariam, quia sicut voluntas subordinatur intellectui in operari liberè: sic & potiori jure in eodem operari subordinatur primò efficienti, primòque moventi Deo. At intellectus ex parte objecti movetur voluntatem motione præviâ, & indifferenti; nec ullus unquam dixit, intellectum movere, & concurrere cum voluntate concursu morali simultaneo. Ergo Deus ut primus movens in genere efficientis, movet voluntatem, sicut & alias causas secundas concursu prævio indifferenti. Patres igitur Dominicani ex vi formalis consequentiæ nec verè, nec consequenter procedunt: non verè, quia ponunt concursum Dei prævium in voluntate inseparabilem à consensu; nec ad utrumlibet indifferentem; quo sic posito, ut latè ostendimus quæst. 1, actum est de nostro libero arbitrio. Non item consequenter: quia motionem illustrationis ex parte objecti, etiam si immittatur à Deo, coguntur ponere, & necessariò ponunt indifferentem, sine ejus indifferentiâ humana libertas rueret: unde eorum consequentia in utraq; motione nullo modo coheret.

113. Nos verò in quantum post diligens examen capimus, in omnibus quidem consequenter: quia, ut constat ex dictis, utraque motio prævia imprimatur voluntati, scilicet & moralis ex parte objecti, & efficiens ex parte primi moventis; utraque prævia, utraque ad utrumlibet indifferens, utraque compossibilis cum quolibet extremorum: & denique utraque determinabilis à voluntate ad hoc vel illud. Et omnia hæc pronuntiata fuisse de mente Sanctorum Augustini, & Thomæ, aptè sentimus. Quod autem sapientissimus noster Molina cum Gabriele & aliis, negato concursu prævio generali, solum defenderit simultaneum, non negamus quod autem hoc pronuntiatum, sicut & alia non susceperit in se Societas, testis est noster Sherlogus part. 3. sect. 5. dicens quod à Reverendo P. N. Claudio, adhibitis in concilio gravissimis totius Societatis Viris (inter quos refert Fonsæam, Azor, Valentiam, Toletum,

Toletum, Bellarminum, Pererium, Sua-
rium, Salas, & alios) *Pater noster Claudius*
(verba sunt Sherlogi) cognovit omnium unam
esse sententiam, licet quidem in Ludovici Mo-
lina concordia nihil appareret, quod cum veri-
similitudine sustineri non posset: tamen cum
nonnulla melius fortasse, apertiusq; dici possent;
nequaquam Societatem universam in se recipere
ut ejus omnia pronuntiata creatur. Sic Sher-
logus. Quid autem susceperit, quidve pro-
ponat in Scholis Societatis dictandum, do-
cendumque, clarè constabit, ubi de Con-
cordiâ gratiæ efficacis.

114. Ne tamen Magister Gonetus putet
nos in Divum Thomam certare, si affectus
pignora velit, quem erga Angelici Præcep-
toris doctrinam nostra semper Societas of-
tendit ut bene admonent Granadus, & Sher-
logus, audiat primò nostrum gloriosissimum
Patriarcham part. 4. Constitut. cap. 14. di-
centem, *In Theologiâ legatur vetus & novum*
*testamentum, & Theologia Scholastica D. Tho-
mæ.* Audiat secundò quintam Congregatio-
nem Generalem canone 41. dum ait: *Primo*
*loco unanimi omnium consensu statuit doctri-
nam Sancti Thomæ in Theologiâ Scholasticâ.*
*tanquam solidiorem, securiorem, magisq; ap-
probatam, & consentaneam nostris constitutio-
nibus, sequendam esse à Professoribus nostris.*
Et ibidem ait. Sequantur nostri Doctores in
Scholasticâ Theologiâ doctrinam Sancti Thomæ:
*neque deinceps ad Cathedras Theologicas promo-
veantur, nisi qui Sancto Thomæ bene affecti fue-
rint: qui verò ejusdem Doctores parùm studiosi,*
vel etiam ab eo alieni sunt, à docendi munere
*repellantur. Et Canon. 56. ait: Nostri omni-
nò Sanctum Thomam ut proprium Doctorem ha-
beant, cumq; in Scholasticâ Theologiâ sequi re-
neantur. Ita ibi. Quid plura pro desiderio*
*Magistri Gonet? qui etiam rationem no-
strorum studiorum evolere conatus fuit.*
Ecce jam mentem & animam Societatis no-
stræ erga Divi Thomæ doctrinam. Nec ob-
stat opinio varietas, quarum diversitas
etiam inter ipsos Patres Dominicatos pas-
sim occurrit.

LECTIO II.

Doctrinam valde utilem ante
resolutionem præmittimus.

115. Pro pleniori hujus rei intelligen-
tiâ, præmittenda est nobis Divi
Thomæ autoritas quæst. 3. de
Creat. artic. 7. ad 3. ubi ait. *Dicendum, quod*
virtus naturalis, quæ est rebus naturalibus in
*suâ institutione collata, inest eis, ut quedam for-
ma habens esse ratum, & firmum in natura: sed id*
quod à Deo fit in re naturali quo actualiter agat
*est ut intentio solâ habens quoddam esse incom-
Theol.*

pletum per modum, quo colores sunt in aere,
& virtus artis in instrumento artificis. Hæc
Divus Thomas. Locus est sanè captu diffi-
cillimus, & bonâ verâque explicatione in-
diget, ut ejus mentem penetremus.

116. Dicit primò Divus Thomas, quod
Deus in prima rerum institutione, id est
creatione, rebus naturalibus contulit & in-
didit virtutes operativas naturales, quæ vir-
tutes sunt quædam formæ permanentes &
stabiles, & quæ à rebus nunquam deficiunt,
nisi per ipsarum rerum corruptionem; v. g.
Igni dedit calorem, ut virtutem naturalem
calefaciendi: unde calor, dum substantia ig-
nis perseverat, inest illi ut quædam forma
permanens, seu quod idem est, habens esse
rarum & firmum in substantia ignis, sicut
experientia ostendit in omnibus. Quæ do-
ctrina pari gradu decurrit per virtutes natu-
rales activas aliarum causarum secun-
darum.

117. Dicit secundò Sanctus Doctor,
quod præter virtutes illas naturales, quas
Deus à principio dedit, ut possent operari,
facit adhuc in causis naturalibus aliquid, quo
actualiter agant: ubi duo clarè distinguit;
unum scilicet, quod rebus à principio con-
tulit, & hoc est, ut possent operari: & alte-
rum, quod Deus facit in qualibet causâ natu-
rali: scilicet id, quo approximata & appli-
cata causa secunda actualiter operetur, &
sine quo nunquam operabitur, nec erit pro-
ximè completa ad operandum, vel liberè,
vel necessariò juxta naturam causæ, ut sa-
pè edocet Divus Thomas, & ex dictis
constat.

118. Illustro rem sequenti exemplo. *Res aptis-
simo illu-
stratur ex-
emplo.*
Qui tantum v. g. parat calamus, dat illi a-
cumen, quo possint efformari litteræ; & tale
acumen se habet in calamo velut quædâ for-
ma permanens, habens esse firmum, & ratum
in ipso, sive utamur, sive non utamur illo
ad scribendum: At verò per hoc quod fuit
datum acumen, non fuit illi datum id, quo
proximè, & actualiter litteras efformaret:
aliàs per hoc ipsum quod calamus haberet
acumen, semper actualiter litteras effor-
maret; quod esse falsum omnibus est mani-
festum. Ergo ut calamus actu litteras effor-
met, requiritur, quod aliquid aliud ope-
retur in calamo virtus & ars scribendi: sic au-
tem calamus patitur aliquid ex artificis dire-
ctione, quo actualiter, & propriè ad litte-
rarum formationem movetur, & sine quo,
quantumcumque calamus habeat acumen,
nihil omninò aget. Ergo à simili quantum-
cumque Deus dederit rebus, & causis natu-
ralibus in primâ earum creatione virtutes
activas permanentes, nisi præter tales vir-
tutes Deus faciat & operetur aliquid in illis,
quo actualiter applicentur & moveantur ni-
hil actu efficient.

119. Dicit tertio Sanctus Thomas, quod
illud

Ed quod illud, quo Deus facit in libero arbitrio, & Deus facit in quâlibet causâ secundâ, ut actualiter vel liberè, vel necessariò operetur, est ut intentio sola habens quoddam esse incompletum per modum, quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento Artificis. Quæ verba nisi veratissimis in Sancti Thomæ doctrinâ, magnum negotium facebant: unde pro verâ, & legitimâ eorum explicatione

120. Nota quod forma accidentalis est in duplici differentiâ: alia est forma naturalis, quæ sequitur naturam, estque cum illâ conjuncta, & permanens; sicut calor respectu ignis, frigus respectu aquæ, & voluntas respectu animæ. Altera est forma, quæ usu consuevit dici intentio, sive intentionalis; & hæc non habet esse firmum, & ratum, sive permanens in subiecto, in quo recipitur.

Demus exemplum. In ipso igitur instanti, in quo Petrus opponitur speculo, imprimitur ei, sive in eo producit speciem quandam, quæ est expressa sui similitudo: unde talis species, quæ in speculo apparet, communiter vocatur intentio, sive forma intentionalis: & quia talis forma non petitur ab aliquâ naturâ, sicut petitur calor à natura ignis; sed statim ac divertitur Petrus à speculo, cessat in illo forma illa intentionalis; idè hujusmodi forma dicitur habere esse incompletum, ex defectu permanentiæ; quam permanentiam habent reliquæ qualitates, sive formæ naturales, ut experientia ostendit. Hoc etiam patet in exemplo adducto à Sancto Thomâ supra de coloribus in aère, qui ut probavi tract. de Meteor. Veram realitatem habent, non quidem veram naturalem, sed intentionalem ad distinctionem albedinis in cygno, quæ est qualitas naturalis sequens naturam cygni; & idè hæc permanet in cygno; secus autem colores in aère, qui habent esse incompletum, idè nec permanens nec firmum, eò quod proveniat ex lumine refracto in nube roridâ, ut diximus loco citato de Meteoris.

121. Ex dictis jam mens Doctoris Angelici clarè colligitur ad explicandum concursum cum libero arbitrio, & qualibet aliâ causâ secundâ, dum dicit, quod id, quod à Deo fit in naturâ, ut actualiter agat, non est forma naturalis, aut qualitas naturalis permanens; sed ut intentio sola; idè, quod Deus facit in causâ secundâ, quando ad ejus operationem concurrat, est quædam forma intentionalis, quâ movetur, & applicatur juxta naturam suam ad operandum; sed adeò parùm durans, ut transactâ operatione causæ talis forma dispareat & deficiat ad modum quo communiter dicitur de aliis actionibus creaturarum.

122. Rogas, & diciste velle intelligere quid sit illa forma intentionalis habens esse illud incompletum, & quæ transeuntet reci-

pitur in causis secundis, ut à Deo mota operentur? Respondeo primò esse quandam similitudinem, & participationem divinæ Omnipotentis quam Deus ex suâ bonitate voluit communicare causis secundis, ut actualiter operarentur, & sine quâ nihil agerent. Sicut enim res imprimit in speculo quandam sui similitudinem, quæ non est ipsa res propriè, v. g. Petrus; sed quædam participata similitudo Petri, quam dicimus speciem sui, & ipsius similitudinem, non quidem naturalem, sed intentionalem. Sic divina actio, divina motio, divinusque concursus est quædam similitudo participata divinæ Omnipotentis, quâ juxta naturam causarum facit Deus causas operari. Ideoque hanc similitudinem explicat Sanctus Thomas instar formæ intentionalis, quæ transeuntet se habet; quia solum communicat illa ad actum operari, non verò ad instar naturalis formæ, quæ in naturâ habet esse permanentis, ac completum.

123. Respondeo secundò, quod sicut intelligitur, quo pacto Filii Dei nominemur, & simus habitualiter, & permanenter, non per aliquid nostrum; cum omne donum perfectum desursum sit, nec per ipsam Dei sanctitatem naturalem; sed per quandam similitudinem, & participationem divinæ naturæ, quæ nobis datur & imprimitur à Deo per modum formæ permanentis, quam vocamus gratiam habitualem, amicitiam Dei &c. Sic proportione servatâ, voluntas nostra, & quælibet causa secunda, ut actu operetur, participat quandam similitudinem virtutis divinæ ad dandum esse suis effectibus, & quâ indiget propter subjectionem, quam dicit ad Deum, ut causam primam, & hanc similitudinem vocamus actionem Dei, motionem & concursum primæ causæ, quo omnes creaturas movet ad operandum. Quam explicationem, ferè ut jacet, colligo ex Doctore Angelico lib. 3. contra gentes c. 7. sic loquente: *Per quam sui similitudinem rebus communicare voluit non solum quantum ad hoc, ut essent; sed quantum ad hoc ut aliorum causa essent.*

124. Respondeo tertio quod sicut similitudo intentionalis Petri pro diversitate speculorum, quibus imprimitur, diverso modo participatur, ita ut in speculo magno similitudo Petri appareat magna, & in parvo speculo parva, & denique in exigua pupillâ oculi similitudo Petri appareat minima; diversimodum quod quidem non oritur ex ipsâ naturali dispositione Petri, quæ semper eodem modo se habet; sed solum ex diversitate subjectionum, in quibus recipitur, juxta illud axiomâ: *Quidquid recipitur ad modum recipientis, recipitur.* Ex quo principio videmus mirabilia illa, quæ ars facit perspectiva juxta varios modos quibus subiecta disponit ad hujusmodi intentionales rerum similitudines recipiendas

Compendium
et
Ripalda

Dei ergo concursus prævious juxta Angel. non est forma naturalis, permanens sed solum intentionalis.

Quid sit forma illa intentionalis, hæc

bene illud esse incompletum; receptum tamen in causis 2. ut à Deo moveatur.

Deinde est ad instar gratiarum habitualium, quibus sancti nominemur.

Rursus quemadmodum similitudo intentionalis Petri pro diversitate speculorum sic pro diversitate subjectionum recipitur: sic pro diversitate subjectionum recipitur.

recipiendas. Sic & ad hunc modum similitudo divinæ virtutis à diversis causis diverso modo participatur; à liberis liberè; & cum indifferenti ad utrumlibet; à necessariis necessariò; à debilibus, debilitè; à fortibus, fortiter: & sic juxta sanctissimum, sapientissimumque illum divinæ Providentiæ ordinem attingit mediis causis secundis à fine usque ad finem fortiter, sed servato causarum modo, suaviter omnia disponit.

LECTIO III.

Rem duplici conclusione diluimus.

125. **S**ic ergo prima conclusio nostra. Concurfus divinus, quo liberum arbitrium nostrum movetur à Deo, est prævius, antecedensque prioritate naturæ in voluntate ad operationem ipsius liberi arbitrii. Ita Sanctus Augustinus, & Sanctus Thomas, quibus supra relati Doctores adhærent. Probatur primò conclusio auctoritate Magni Augustini, qui sermone 13, de verbis Apostoli ait: *Tutè vis agere? A te ipso vis agi? Non qui spiritu suo aguntur; sed quot spiritu Dei aguntur, hi Filii sunt Dei. Dicit mihi aliquis: ergo agimur, non agimus. Respondeo: Imò agis, & ageris; & tunc benè agis, si ab eo agaris: Spiritus enim Dei qui te agit, agentibus adiutor est.* Ita ibi. Ex quibus validum hunc efformo discursum. Liberum arbitrium agitur à Deo ut agat, ut clarè edocet Sanctus Augustinus. Sed id quod agitur, non se habet activè: sed solùm passivè, ut etiam patet ex interrogationibus Sancti Doctoris, scilicet *Tu te vis agere? A te ipso vis agi?* Ergo liberum arbitrium aliquid recipit à solo Deo, quo movetur, & agitur ad operandum. Sed hoc vocamus concursum prævium. Ergo hic est omninò concedendus. Idem Sanctus Doctor cap. 10. de Prædestinat. Sanctor. sic ait: *Quia etsi faciant homines bona, quæ pertinent ad colendum Deum, ipse tamen facit, ut illi faciant quod præcipit, non illi faciunt, ut ipse faciat, quod promissit.* Ita ibi. Tunc sic. Hic modus arguendi est legitimus ex Sancto Augustino: *Deus facit, ut homines faciant, & non econtrà homines faciunt, ut Deus faciat.* Ergo solus Deus facit, ut homines faciant. Sed hæc actio solius Dei antecedit prioritate saltem naturæ & causalitatis actiones hominum, nec actio solius Dei esse valet simultanea. Ergo debet esse prævia, aliàs non Deus faceret, ut homines faciant.

Probatur 126. Probatur secundò ex Angelico ex S. Th. Doctore, ut constat ex omnibus ejus auctoritatibus, quas hæctenus dedimus, præcipuè tract. 2. quæst. 1. & 2. & quæ non obscure; sed cla-

rissimè probant motionem Dei esse præviam in libero arbitrio. Ulteriùs tamen potest ostendi primò. Quia quæst. 3. de Potentiâ, artic. 7. *In operatione quâ Deus operatur movendo naturam non operatur ipsa natura.* Ita ibi. Sed implicat quod Deus operetur movendo naturam, non operante naturâ, & quod concurfus Dei sit simultaneus: aliàs daretur operatio, quæ simul esset ab uno operante, & ab alio non operante; quod est implicatorium. Ergo concurfus Dei est prævius, & non simultaneus.

127. Secundò. Quia prima secundæ ^{rursus ex} quæst. 109. artic. 1. ait Præceptor Angelicus: ^{1. 2. q. 109} *Primum autem movens in ordine corporalium art. 2. est corpus celeste. Unde quantumcunque ignis habeat calorem perfectum non alteraret nisi per motionem corporis celestis, manifestum est autem quod sicut motus omnes corporales reducuntur in motum celestis corporalis, sicut in primum movens corporale; ita omnes motus tam corporales, quam spirituales reducuntur in primum movens simpliciter, quod est Deus, & ideo quantumcunque natura aliqua, vel spiritalis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur à Deo.* Et 1. part. quæst. 2. artic. 12. in corpore hoc ipsum clariùs edocet, dum ait, *Adventia secunda non movent, nisi per hoc, quod sunt mota à primo movente.* Ita ibi Sanctus Thomas. Tunc sic. Sed omnes causæ corporales non aliter moventur à causis superioribus cælestibus, nisi in quantum aliquam recipiunt impressionem præviam, quâ in suos proprios effectus moveri dicuntur, ut ex communi Philosophiâ supponitur. Ergo si Deus hoc modo applicat, & liberum movet arbitrium, & omnes res corporales, ac spirituales ad agendum, non potest hoc fieri nisi per aliquem concursum prævium, quo juxta ipsarum creaturarum naturam moveantur, & applicentur ad suas operationes.

128. Probatur tertid efficaci discursu quem Sanctissimus meus, juxta ac Sapientissimus Parens Ignatius in hunc modum firmavit. Igitur in aurâ illâ obedientiæ Epistolâ, ut subjectionem subordinationemque quam cujuslibet Communitatis rectus ordo postulat, & quæ inter superiorem, & inferiores, opus est, intercedat, nobis persuaderet, sic ait: *Dixi eam (scilicet obedientiam) omninò necessariam: nam ut in corporibus, globisq; cælestibus ut alius alium afficiat, moveatq; sive ut inferius corpus celeste recipiat motum & influxum à celesti corpore superiori requiritur, ut certâ quâdam obedientiâ & ordine inferior orbis superiori subjiciatur; sic in hominibus cum alter alterius auctoritate moveatur, quod per obedientiam fit, oportet, ut hic qui ab alterius nutu pendet, subserviat, & obsecundet, ut virtus ab imperante, ad eum dirigatur, & influat.* Et paulò infra, ut eandem subordinationem, & statutum ordinem

3. Probatur efficaci discursu quem SP. Ignatius firmavit in illâ aurâ obedientiæ epistolâ.

commendet, ait: *Quorum conversiones ac motus ab uno movente supremo gradatim omnes usque ad infimos rursus proveniunt. Ita profundissime Parens noster Ignatius.*

Unde cum magis sub ordinetur creaturæ Deo quam globus celestis inferiori superiori.

129. Et ex ejus sapientissimâ autoritate sic arguo. Ex eo, quod globus celestis inferior subjiciatur, subordineturque alteri globo celesti superiori, rectè probat Sanctissimus Parens, quod inferior recipiat motum, & influxum à corpore superiori, omnes deducendo motus ad unum usque supremum. Sed æquè, imò magis subjiciuntur, subordinanturque in operari omnes causæ secundæ Deo ut supremo movente, primæque omnium causæ, quam unum corpus celeste alteri superiori. Ergo omnes causæ secundæ, ac proinde liberum arbitrium, debent recipere motum, & influxum à Deo ad hoc, ut ab ipso motæ operentur: aliàs sicut prævio influxu sublato in globis celestibus inter se connexis & subordinatis tollitur idem ordo; sic sublato Dei concursu, omnino tolluntur, omninoque invertuntur subjectio, ordo, & subordinatio inter causam primam & secundas. Quare sicut Sanctus Ignatius hac doctrinâ benè instructus, non meminit, imò nec ipsi venit in mentem, quod unum corpus celeste, & superius moveat, & concurrat eodem solo ac simultaneo concursu sui inferioris, sed solum agnoscit concursum, & influxum prævium, quem inferior corpus recipit à superiore, ut alterum sibi infimum moveat: sic concursus Dei simultaneous sistens in ipsâ actione causæ secundæ, non est sufficiens ad salvandum ordinem, subjectionem, subordinationemque, quæ evidentè demonstratur inter causam primam & secundas.

4. A ratio ne. Nequit enim aliter salvari dependentia creaturæ à Deo in operando.

130. Probatur quartò à ratione. Omnis causa secunda, ac proinde liberum arbitrium dependet in esse à Deo. Ergo dependet in operari à Deo. Sic Adversarii nostri, & sic nos communiter contra Durandum. Atqui ut salvetur dependentia, quam in essendo habet causa secunda à Deo, requiritur, ut esse, sive existere causæ secundæ supponat prius, saltem prioritate naturæ, esse, sive existentiam Dei. Ergo ut salvetur dependentia, quam in operari habet causa secunda à Deo, requiritur, ut operari causæ secundæ supponat prius, prioritate saltem naturæ, operari, sive operationem, vel actionem Dei. Primum Enthymema supponitur ut communiter verum, communiterque receptum ex illo principio; scilicet quod *modus operandi sequitur modum essendi*. Minor est certa, nec potest ullo modo negari. Quia etiamsi causa secunda habuisset esse ab æterno, semper etiam ab æterno supponeret esse Dei prius saltem prioritate naturæ ad salvandam independentiam Dei, & creaturæ dependentiam non mutuam: aliàs quo pacto demonstrabitur primum esse primæque causæ,

si omnem prioritatem tollas? Consequentia verò legitime inferitur. Quare sicut similtas naturæ in ratione essendi destrueret prioritatem, & independentiam Dei in esse primitivam, sive primitivam existentiam. Sic operationis, sive operandi solum similtas destruit prioritatem, & independentiam Dei in ratione primitivam, primæ causæ, primique operantis.

131. Sed probatur quintò conclusio. Deus se solo potest impedire actiones causarum secundarum, etiamsi adsint requisita in illis ad agendum, ut constat ex miraculo ignis Babylonici. Ergo Deus se solo potest facere ut omnis causa secunda operetur. Atqui non potest id præstare Deus, nisi se solo ita moveat causas secundas ad operandum, ut ejus cōcursu posito ipsæ operentur vel liberè, vel necessarîo juxta earum naturas. Ergo. Primum consequens est omnium ferè Doctorum contra Durandum. Patet consequentia. Quia ratio, quare Deus impedivit, ne esset combustio in igne Babylonico, eam tunc postulante & exigente naturâ, non est alia juxta Adversarios, imò juxta omnes Doctores, nisi quia Deus suum concursum ita negavit, ut interroganti, cur in illo casu ignis combustio non exitit. Rectè & à priori respondeatur: non fuit combustio, quia non fuit concursus Dei. At nisi concursus Dei prævius concedatur, quo posito ignis comburatur; & quo ablato, ignis non comburatur. Illa ratio redditur inutilis. Ergo. Probatur minor, arguendo sic contra Adversarios. Combustio in igne Babylonico non fuit realiter, quia non fuit concursus Dei, sed concursus Dei per vos est realiter ipsa combustio. Ergo non fuit combustio, quia non fuit combustio. Ecce clarissimam petitionem principii, quam facile effugimus in sententiâ nostrâ, ut ex nostris principiis appareat.

132. Firmatur ulterius. Quia vel postis in voluntate requisitis omnibus ad volendum, vel nolendum potest Deus omnem liberam actionem impedire vel non? Hoc ultimum esset Deo denegare potentiam & virtutem ad hoc præstandum miraculum, quod præstitit in casu Ignis Babylonici. Primum autem, nisi ponatur concursus prævius soli Deo competens, nihil speciale Deo tribueret. Ergo. Quod antecedens sic probò. Quia Deus non alio modo omnem liberam impediret actionem in voluntate, nisi quia in sententiâ contrariâ Deus est absolute liber ad suspendendum concursum partialem cum voluntate, & in hoc esset miraculum. At hoc ipsum miraculum posset tribui voluntati, quæ cum sit libera, etiam Deo volente cum illâ concurrere, suum partialem concursum suspendere posset. Ergo ut hoc inconveniens vitetur, Deo concedendus est modus, quo possit se solo facere, ut voluntas liberè

liberè operetur, idest cum indifferentiâ ad utrumlibet, & se solo impedire, ne libera operatio fiat. Cogita jam concursum istum in sententiâ de solo concursu simultaneo, negato concursu prævio: si enim ad extrinsecam Dei voluntatem confugas, Durandus tibi facilè suam salvabit sententiâ, dicendo, quod Deus suâ extrinsecâ voluntate (quam nec negavit, nec negare potuit) impedire potest creaturâ actiones, & absque concursu immediato facere, ut causæ secundæ operentur; nec ullam vim fortiri argumentum, quod in Scholis contra ipsum formatur de potestate impediendi creaturarum actiones. In nostrâ verò sententiâ modum facilem exhibemus, quia posito concursu prævio Dei in causis secundis, facit Deus tanquam causâ primâ, ut ipsæ operentur vel liberè, vel necessariò; eo autem ablato, ipsarum impediret actiones. Hic ergo est satis congruens, ac consentaneus modus efficiendi miracula per sui concursus suspensionem: aliàs si rem expendas, in sententiâ contrariâ; argumentum plurimum negotii facessit.

6. Probatur à paritate motionis moralis, non simpliciter, sed prævia ad actus voluntatis. 132. Probatur sexto Conclusio. Sicut intellectus dicitur movere voluntatem per modum finis, sive ex parte objecti, sive per modum proponentis, vel, ut alii dicunt moraliter; sic Deus dicitur movere voluntatem & quamlibet aliam causam per modum efficientis, & primi agentis. Atqui motio sive moralis, sive intentionalis, sive quocumque modo explicetur, quâ voluntas movetur ab intellectu, semper est prævia ad actus voluntatis, nec ullus hæcenus dixit, talem motionem ipsam esse simultaneam voluntatis operationem, aut in istius operatione consistere, quia motio ex parte objecti semper est prior & antecedens ad amorem voluntatis circa objectum. Ergo motio illa, quâ Deus per modum causæ primæ, pûmîq; efficientis movet voluntatem, semper est, & debet esse prævia; & prior prioritate naturæ; & causalitatis ad ipsum actum voluntatis.

7. A paritate voluntatis præviae applicantis inferioris ad suos actus. 133. Probatur septimò. Quia plus subordinantur liberum arbitrium, & reliquæ causæ secundæ Deo in operari, quàm potentia inferiores, ut potentia loco motiva, & aliæ subordinantur voluntati in operari. Sed voluntas movet & applicat potentias inferiores concursu & motione præviâ ad suos actus. Ergo potiori jure Deus tali concursu movebit liberum arbitrium, & reliqua agentia creata in suas operationes: cum inferiora agentia majorem habeant dependentiam in operariâ Deo, quàm inferiores potentia à voluntate. Minor probatur. Quia nullus Doctor (saltem quem viderim) allegerit voluntatem concursu simultaneo concurrere cum potentia visivâ ad visionem, cum loco motiva ad localem motum, ita ut

istæ actiones sint aequè voluntatis, ac illarum potentialium. Ergo sicut hic non salvatur, quod voluntas moveat alias potentias ad executionem mediorum ob finem intentum per concursum simultaneum, à fortiori non poterit salvari, quod primum movens in esse efficientis applicet & moveat alias causas secundas solo concursu simultaneo. Patet consequentia à paritate rationis. Quia sicut voluntas nostra movet, & applicat potentias inferiores sibi: quia ejus dominio subduntur in operari: cum Deus perfectius habeat dominium in nostram voluntatem, & alias causas, à fortiori istæ debent à Deo moveri, non concursu simultaneo, sed prævio.

134. Probatur octavò. Deus est primum movens, & liberum arbitrium movetur à Deo; sicut quælibet causa secunda. Sed omne movens aliquid, agit in mobili & omne mobile aliquid patitur & recipit à suo movente. Ergo cum Deus movet liberum arbitrium, & reliquas causas, Deus aliquid agit in illis, ut operentur. Major est evidens. Minor probatur. Quia omne mobile in potentia dum movetur, reducitur de potentia passivâ ad actum. Sed liberum arbitrium ante suam operationem se habet ut mobile à Deo. Ergo dum actu movetur à Deo, reducitur de potentia ad actum. Tunc sic. Sed nulla res transit de potentia passivâ in actum, nisi per aliquid formale, quod ponitur ex parte mobilis: sive potentia, quæ movetur. Ergo dum liberum arbitrium actu movetur à Deo, per aliquid movetur, quod Deus operatur in illo, & quod jam ex Divo Thomâ satis supra explicavimus, Major patet in omnibus moventibus, & motis. Nam si causa cœlestis movet omnes inferiores, hoc non fit, nisi causa inferior recipiat aliquem influxum qui solet dici impressio. quemadmodum aqua maris recipit aliquid à Lunâ, quo movetur per fluxum & refluxum. Similiter si calamus movetur ad scribendum, hoc etiam non fit, nisi prius recipiat aliquid, quo movetur ad scriptionem. Ergo si liberum arbitrium est mobile à Deo, sive in potentia, ut ab ipso moveatur ad suas operationes, opus est ut reducat in actum motionis per aliquid, quod ei addatur participatum à Deo, ut eas eliciat.

135. Respondebis primò verum esse Deum movere liberum arbitrium, ac proinde alias causas motione præviâ, prævioq; concursu; ad hoc tamen non esse necessarium, quod aliquid reale fiat prævium in libero arbitrio; eo quod motio illa passivè sumpta non distinguitur à virtute naturali, quæ movetur; activè verò, non distinguitur à Deo; quemadmodum diximus in Philosophiâ, actionem creativam passivè sumptam esse ipsum terminum creatum, pro ut dicit respectum ad Deum; activè verò non

8. Quia omne movens aliquid, agit in mobili & omne mobile aliquid patitur & recipit à suo movente.

Dices hæc esse, sed non requiritur, quod aliquid reale fiat prævium in libero arbitrio; cum motio passivè sumpta sit ipsa naturalis virtus, activè verò ipse Deus.

non distingui ab ipsâ Dei substantiâ.
 136. Sed contra primò. Tum quia hæc solutio expressè contradicit Divo Thomæ sic ubi supra dicitur: *Sed id, quod fit à Deo in re naturali, quo actualiter agit, est ut intentio sola habes esse quoddam incompletum ad modum, quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis.* Sed id, quod à Deo fit in re naturali, non est res naturalis, nec est ipse Deus: similiter Deus, nec ipsa virtus naturalis, quæ à Deo movetur, se habet ut intentio sola, sive forma intentionalis, nec habent illud esse incompletum, ut est certum. Ergo talis motio, prævisusque concursus non potest non distingui à Deo, & virtute naturali.

Contra 2.
 137. Contra secundò. Quia Deus adest per essentiam, præsentiam, & potentiam, v. g. lapidî, etiam si ab ipso non moveatur localiter lapis: demus autem, quod talis lapis à Deo moveatur de uno in alium locum, quemadmodum ab aliquo homine jacitur: in hoc igitur casu imperceptibile est, quod verè, physicè, & propriè moveatur lapis à solo Deo, Et quod lapis non recipiat aliquid à Deo, quo moveatur: hoc enim videtur esse contra omnia naturalis rationis principia. Ergo imperceptibile est etiam, quod causa secunda moveatur à primâ physicè, & realiter, quin aliquid recipiat: nam idem in quantum idem, semper est natum facere idem. Deus enim non mutatur intrinsecè. Ergo est semper idem. Causa item secunda non mutatur intrinsecè, cum nihil recipiat. Ergo est eadem sicut antea, Quomodo igitur eisdem omnino, & eodem modo se habentibus, causa secunda poterit jam moveri ad suas operationes? Quod principium ostendimus in Tractatu de Sacramentis in genere, & Tract. de Virtute Pœnitentiæ.

Contra 3.
 138. Contra tertio. Quia latissimum intercedit discrimen inter creationem, & motionem, quâ Deus movet causas secundas. Tum quia creare Angelum, non fuit movere Angelum ex nihilo; aliàs supponeretur Angelus ante creationem Angeli, sicut supponitur mobile existens ad motionem, quâ movetur; quia omne mobile supponitur existens in potentiâ, ut moveatur; motus enim est actus entis in potentiâ, ut patet ex communi Philosophiâ. Tum quia motio, sive concursus primi moventis supponit aliquid, in quod tendat: at verò creatio supponit nihilum; ad nihil autem nihil tendit. Tum denique quia sicut Angelus est aliquid, quod fuit nihil, ita actio creativa, quæ concedi solet, est aliquid, quod fuit nihil. Sed Deus extraxit de nihilo actionem sine sine aliâ actione; aliàs procederetur in infinitum. Ergo sicut creari, & produci actionem ex nihilo, intelligitur sine me-

dio inter Deum, & nihilum; sic potest intelligi, creari ex nihilo Angelum, quin inter Deum, & nihilum medietate aliquid.

139. Respondebis secundò, ex aliquibus nostris Recentioribus, liberum arbitrium, & quamlibet causam secundam optime intelligi, quomodo moveatur à Deo, Deusque sit prior in operari; ex eo quod Deus, & creatura concurrant solum eadem numero actione, nec in actione primi moventis requiri aliam prioritatem, nisi eam, quam vocant excellentiæ, & dignitatis. Sed hæc solutio non satisfacit. Unde.

141. Contra est primò. Ex dictis alibi, quæ datam solutionem optime impugnant, ubi reperies Divi Thomæ & Sancti Bonaventuræ testimonia contra hanc responsionem clarissima. Secundò. Quia ut ait Aristoteles 4. Metaphysicæ, textu 23. *Movens naturâ prius est moto,* & clarius Sanctus Thomas 3. contra Gentes cap. 149. ubi ait: *Motum moventis præcedit motum mobilis ratione, & causâ.* Sed idem non præcedit se ipsum ratione, & causâ. Ergo alia est motio moventis, & alia est motus mobilis. Atqui Deus est primum movens respectu liberi arbitrii utpotè secundi agentis liberi. Ergo Motio Dei præcedit ratione, & causâ ad motum liberi arbitrii, ac proinde non sufficit illa prioritas excellentiæ & dignitatis; Imo nec ista potest benè explicari, nisi actio Dei præcedat ad actionem causæ secundæ. Tertio. Quando duæ causæ simul similitate, & idoneitate actionis influunt in eundem effectum per talem concursum, una non dicitur movere aliam; sicut quando duo trahunt eandem trabem, unus non dicitur movere alium; sed uterque dicitur movere trabem. Ergo si Deus, & ignis eadem actione utriusque propriâ calefaciant lignum, uterque dicitur movere lignum; non verò dicitur movere ignem ad operandum. Ergo de primo ad ultimum per eundem modum concurrenti, scilicet concursu simultaneo tantum, nunquam salvatur primum movens, quod moveat causas secundas sibi subordinatas in operari, sicut ei subordinantur in esse.



LECTIO IV.

Illustratio & Probatio secundæ Conclusionis.

2. conclu-
sio. Con-
curfus nel
prævius
ex naturâ
libertati
nostræ ex
se, ut fit
ab illâ dete-
rminabilis
ad hunc po-
tius actû,
quâ illum.

141. **S**it iam secunda conclusio. Concurfus prævius, quo voluntas movetur à Deo, est naturâ suâ indifferens ad volitionem vel nolitionem; & ita subditus libertati nostræ ex se, ut fit ab illâ determinabilis ad hunc potius actum, quàm alium. Ita etiam Sanctus Augustinus, Sanctus Thomas, Cardinalis Toletus, & alii supra citati. Explicatur conclusio. Ex dictis supra constat, motionem Dei præviâ esse omninò necessariam in libero arbitrio, sive in voluntate creatâ, ut illa possit proximè, & expedire suos actus exercere; ne enim ex prioritate sive antecedentia divinæ actionis, vel in minimo lædatur humana libertas, hoc, vel illud proximè operandi; dicimus in hac conclusione, actionem Dei licet moveat voluntatem ad agendum; non tamen movere ad hoc agendum determinat ex vi motionis; sed in potestate, & integro voluntatis dominio esse determinare illam ad hunc, vel illum effectum, sive actum, ita ut quamvis voluntas sine illâ præviâ motione nec possit proximè velle hoc, nec possit proximè velle illud, sive quod idem est consentire, & dissentire; tamen positâ motione Dei, est proximè & completè potens velle hoc, vel illud taliter, ut voluntatem agere hoc potius quàm illud, non oriatur ab ipsâ Dei motione; sed ab ipsâ voluntate, quæ se ipsam, & motionem Dei in se receptam determinat ad agendum hoc potius, quàm illud.

Illustratur exem-
plo calami
sine
motione
præviâ ar-
tificis non
potentis
litteras ef-
formare.

142. Rem trito exemplo illustramus. Quamvis calamus absque præviâ motione artificis non possit litteras efformare; tamen quod litteræ aliquando majores, aliquando minores efformantur, non oritur à motione artis; sed à majori, vel minori acumine in calamo temperato: unde si calamus sit minori acumine, paulò minores exarantur litteræ; si verò sit majori acumine, grandiores litteræ efformantur. Quare ex diverso calami temperamento sub eadem artis motione diverso modo formantur litteræ ut ipsa experientia ostendit: quia cum motio artis calamum moveat juxta modum, & naturam sui temperamenti quod habet, indifferenter se habet, & compossibilis est cum hâc, sive cum illâ litterarum formatione. Undè si posset contingere, quod in calamo simul esset temperamentum ad hanc, vel diversam formationem litterarum in eodem instanti, in quo est minor litterarum formatio, sub eadem quidem motione posset, illâ

Theol.

relictâ, esse alia diversa formatio litterarum, quia motio artis solùm est ad scribendum juxta regulas generales artis; non verò ad scribendum hoc, vel illo modo; & sic licet sine motione artis præviâ in calamo, nullo modo possint efformari litteræ: tamen eâ motione positâ, quod hoc potius, quàm illo modo formentur, oritur non ex motione; sed ex calami temperamento determinante motionem artis ad hanc potius, quàm aliam litterarum formationem. Hanc igitur doctrinam non erit difficile transferre ad nostram voluntatem, cujus Deus juxta suam naturam contulit temperamentum ad utrumlibet, scilicet ad velle, & nolle: unde quamvis sine motione Dei non possit ullo modo operari; tamen quod voluntas, positâ eâ motione Dei, velit potius, quàm nolit, vel e contra nolit potius, quàm velit, non oritur præcisè ex tali motione; sed ex voluntate, quæ se ipsam, Deique motionem ad hoc potius, quàm illud determinat. His ita.

143. Probatur primò conclusio ex auctoritate Sancti Augustini loco citato, nimirum lib. de Spiritu, & litterâ cap. 34. dicentis; *In omnibus misericordia ejus prevenit nos; consentire autem vocationi, vel ab eâ dissentire, propria voluntatu est.* Sic Sanctus Doctor, ubi utrumque clarè edocet, scilicet & concursum præviuum, ut patet ex illis verbis, *prevenit nos*, & talem concursum esse determinabilem à voluntate, vel ad consensum, vel ad dissentium, quia eoposito, est proprium voluntatis consentire, vel dissentire.

Probatur
1. conclusio
ex S. Aug.
lib. de Sp.
& Litt.
cap. 34.

144. Probatur secundò ex Sancto Thoma, qui ut constat ex auctoritate supra pluries datâ, ait: *Deus movet voluntatem ut universalis motor ad universale objectum, & sine hac motione homo non potest aliquid velle; sed homo determinat se per rationem ad volendum hoc, vel illud.* Sic Sanctus Thomas. Ex quibus sic arguo. Homo sine motione Dei non potest se determinare ad hoc, vel illud; quia sine motione non potest aliquid velle, & positâ tali motione, se determinat ad volendum hoc vel illud. Atqui positâ motione Dei, homo non se determinaret per rationem ad hoc, vel illud, nisi motio se haberet indifferenter ex naturâ suâ ad volendum hoc, vel illud. Ergo motio Dei, sive quod idem est, ejus concursus prævius ex naturâ suâ indifferenter se habet, ut per dominium particulare voluntatis determinetur ad hoc, vel illud, ac proinde talis concursus est ex se conjungibilis vel cum volitione hujus, vel alterius objecti: sic autem concursus Dei præviuum conjungi cum volitione hujus objecti potius quàm cum alterius objecti volitione, non oritur ex naturâ divini concursus, qui cum sit universalis, & primæ causæ moventis unumquodque juxta suum peculiarem modum, & servantis naturam ipsius,

Deinde ex
S. Th. ubi
supra di-
cente Deû
movere ut
universalis
motorem
ad univer-
sale obje-
ctum &c.

E

non

non magis est ad hoc potius volendam, quàm illud; sed oritur ab ipsius voluntatis dominio se ipsam, ipsumque concursum determinantis ad hoc potius quàm illud. Accedit breviter & alius locus Sancti Doctoris quæst. 5. de veritate artic. 9. ad 10. ubi ait: *Per causam secundam determinatur quodammodo actus prima causa ad hunc effectum.* Ergo Deus ut causa universalis exhibet suum concursum à causâ secundâ determinabilem.

3. Quia concursus causæ universalis debet ex natura sua esse indifferens.

145. Probatur tertio à ratione. Concursus, quo Deus liberum movet arbitrium, & omnes causas secundas ad suos effectus, sive operationes, est concursus causæ universalis & primæ. Sed concursus causæ primæ, & universalis ex naturâ suâ petit se habere indifferenter, & accommodari virtuti causarum secundarum. Ergo. Probatur minor. Eo quod concursus sive influxus causarum superiorum & cœlestium, sine quo juxta veram Philosophiam operari non valent causæ secundæ sublunares & inferiores, sit universalis, se habet indifferenter, & semper ex naturâ suâ idem, sive ejusdem rationis in movendo hæc inferiora. Ergo multo magis concursus Dei ut universalissimæ causæ. Antecedens ostenditur ex experientia. Etenim recens arbor uberores, grandioresque producit effectus, quod si longæva fiat & vetusta, ipsamet edocet experientia, quod si det fructus, non illos det ita uberes, nec ita grandiores, sed minusculos. Sisto hic, ut quædam hujus diversitatis facillima ratio assignetur.

Quod enim arbor recens, & vetusta minores fructus producat, non cœlestium influitur, sed solum majori vel minori virtuti arboris.

146. Certum est, quod in utroque casu sine planta sit recens, sive sit debilis, & vetusta, sine influxu prævio causarum superiorum non producat, nec generet; sed quod in uno casu grandiores producat fructus, & in alio casu minores, non tribuitur influxui causarum cœlestium, sed solum majori, vel minori virtuti plantæ; cum Sol & aliæ causæ cœlestes in influendo semper se habeant ut recentes, & novæ, quin ullum suæ virtutis defectum patiantur; aliàs in cœlis darentur peregrinæ impressiones contra dicta in Philosophiâ. Ergo concursus causæ superioris semper eodem modo se habet ac proinde indifferenter, ut cum plantâ novâ fortiores fructus producat, & cum debili debiliores, Ergo cum concursus causæ primæ sit longè universalior, non solum indifferenter; sed magis indifferenter, & universaliter se habebit. Minor probatur. Quia roganti cur planta debilis & vetusta det fructus ita debiles; cum ipsa quando recens, & nova uberores protulisset? Non bene, imò contra veritatem scientiæ naturalis responderetur sic, scilicet quia Sol debiliter modò concurret, & modò fortiter agit: cum enim Sol non sit modò debilis, nec modò fortis, sed semper eodem modò se habeat, non est

unde colligamus concursum Solis modò debilem, & modò jam fortiosem. Vera igitur ad interrogatum illud responso est, fructus plantæ modò esse debiles, & antea fortiores; quia virtus plantæ modò est debilis, & antea ipsa virtus vegetior erat, recens, & nova.

147. Similiter ut ad rem veniamus, interroganti, cur voluntas modò eliciat volitionem, postea verò actum nolitionis? Non potest responderi: quia Deus concurret hoc modo nunc, & postea diverso modo. Hoc autem non potest dici: quia in actu pravo materiale liberum peccati reduceretur in Deum; cum autem hoc sit inseparabiliter connexum cum formali malitiâ peccati, Deus veniret judicandus auctor peccati. Vera ergo responsio ex Divo Thomâ est, quod licet voluntas sine influxu, & concursu prævio causæ primæ non possit elicere volitionem, nec nolitionem, item nec actum bonum, nec entitatem physicam actus mali; tamen quod modò volitionem eliciat, postea verò nolitionem, & idem de aliis; non oritur ex prævio Dei concursu: quia cum Deus titulo causæ universalis, & primæ eodem modo se habet in utroque casu, consequenter ejus concursus generalis eodem modo se habet indifferenter: sed totum hoc provenit ex eo, quod posito influxu Dei subdito determinationi voluntatis, & in ipso secundum ejus naturam, & modum voluntatis recepto voluntas modò se determinat per rationem ad hoc, & modò per rationem ad illud secundum dominium immediatum, & particulare ipsius.

148. Denique hanc secundam conclusionem efficaciter probant omnia illa, quæ adduximus supra Quæstione primâ contra physicam prædeterminationem, quæ tamquam propriæ hujus puncti rationes, præ hâc conclusione sunt adducenda, præter alia plura, quæ in præjactis manent ventilata.

LECTIO V.

Utraque conclusio ab impugnationibus expeditur.

149. Hæc igitur est natura mediæ, ut de utroque extremo limitem attingat: accedit hoc sententiæ nostræ quæ mediæ est inter prædeterminatores & simultaneos; quorum primi per excessum peccant, ita ut libertatem arbitrii de medio tollant; & in hunc scopum collimant bene & feliciter semper totius nostræ Societatis nervosa jacula. Secundi verò deficiunt per defectum ita ut supremum & immediatum Dei dominium excluderent è medio, nec dignitatem primæ causæ in operando

Quod enim voluntas modò nolitionem eliciat, postea verò actum nolitionem, & idem de aliis; non oritur ex prævio Dei concursu: quia cum Deus titulo causæ universalis, & primæ eodem modo se habet in utroque casu, consequenter ejus concursus generalis eodem modo se habet indifferenter: sed totum hoc provenit ex eo, quod posito influxu Dei subdito determinationi voluntatis, & in ipso secundum ejus naturam, & modum voluntatis recepto voluntas modò se determinat per rationem ad hoc, & modò per rationem ad illud secundum dominium immediatum, & particulare ipsius.

Mediæ est sententiæ nostræ inter prædeterminatores, & simultaneos, illi per excessum peccant, & illi per defectum peccant.

Compendium et Ripalda

operando, & subordinationem, dependentiamque secundi agentis à primo satis consulant. Nos verò consilium illud supra adductum, scilicet; *Inter utramque, tene, media tutissimus ibi*, planè & omninò amplectimur; putamusque, hanc fuisse viam Divi Augustini, & Angelici Thomæ omnium difficultatibus, & tribulis expeditam, ut passim constat ex solutione datâ ad Prædeterminantium argumenta quæst. 1. & partim quæstione antecedenti ad objectiones pro concursu simultaneo. Unde argumenta ibi pro utraque sententiâ formatâ & solutâ, sola sunt, quæ hic possent militare; hæc tamen breviter unum, vel alterum, attingam.

Ex prævio Dei concursu non sequitur Deum esse autorem peccati.

150. Arguitur primò contra primam conclusionem. Si concursus Dei esset prævius, Deus esset causa & author peccati. Hoc implicat. Ergo & primum. Sequela probatur. Quia si est prævius & antecedens ad operationem voluntatis, talis concursus non determinatur à creaturâ; sed à Deo. Sed qui determinatur à se, insluit in materiale peccati, est causa, & author peccati. Ergo. Hoc argumentum valdè urget Prædeterminatores, ut ex dicendis constabit; contra nos autem nullus est momenti. Respondet igitur negando sequelam. Ad probationem distinguo majorem: talis concursus non determinatur à creaturâ per modum causæ particularis, nego majorem. Est dicere. Voluntas non est in causâ quod Deus ponat illum concursum prævius, nec in eo, quod ipsa illum recipiat; est tamen in causâ quod ille concursus Dei deserviat ad entitatem actûs mali, vel ad esse peccati, potius quàm ad entitatem, vel ad esse actûs boni: tum quia concursus Dei ut pote universalis solum est ad dandum esse universaliter, & indifferentem; non verò ad dandum esse huic actûi potius, quàm alteri: hoc enim est peculiare, & proprium nostræ voluntatis, licet non sine Deo ipsam movente: si autem concursus Dei indifferentem quantum ad hoc, determinatur ad materiale peccati à solâ voluntate potius, quàm ad entitatem actûs boni; in hoc stat peccatum; non verò in primo. Videatur solutio à nobis in Physicâ data ad argumentum Durandi.

An quando voluntas non operatur circa objecta propria non habeat sufficientem principium illud videndi non operetur.

151. Arguitur secundò. Si ad omnem actionem liberi arbitrii, ac proinde cujuscunque causæ secundæ esset necessarius prævius Dei influxus in causam, sequeretur, voluntatem creatam, quando non operatur circa objecta proportionata & sibi proposita, non habere sufficientem principium illud, nec posse reverà circa illa operari; atque adeò non esse imputandum illi ad culpam, si la videndi non operetur. Sequela probatur. Nam quando voluntas non operatur prævius Dei influxum non habet, qui est necessarius ad

Theol.

operationem; nec est in potestate voluntatis talem influxum habere, cum ejus operationem antecedit. Ergo quando voluntas non operatur, reverà non potest operari.

152. Hoc argumentum malè torquet Prædeterminatores: cui non satisfacit solutio, quam adhibent Magistri Alvarez, & Gonerus cum illo, prævius scilicet influxum illum non esse necessarium, ut voluntas possit operari. Quæ solutio loquendo de potentiâ proximè applicatâ, proximèque expeditâ, ac omninò necessariâ ad salvandum proximum voluntatis dominium, nobis supra fusiori calamo impugnata: est: quæ, ut diximus, contradictoriè opposita his Sancti Thomæ verbis: *Et sine hac motione homo non potest aliquid velle*. Tunc sic. Hominem sine universali motione Dei non potest aliquid operari, & non posse aliquid velle sunt Synonyma. Ast juxta Divum Thomam homo sine universali Dei motione non potest aliquid velle. Ergo non potest aliquid operari. Ecce Divum Thomam immediatè contradicentem Sapientissimis his Dominicanorum Magistris.

Difficultas præmit prædeterminatores dicentes, influxum illum non esse necessarium ut voluntas possit, sed ut actu operetur.

153. Nos verò facilè expeditur negantes suppositum; dari scilicet casum, in quo voluntas circa objectum sufficienter propositum, non operetur, vel illud amplectendo, vel illud nolendo: quia cum Deus titulo causæ primæ ex suâ bonitate, plenoque dominio paratus sit adjuvare, & movere causas secundas in debitis circumstantiis; semperque movet voluntatem circa objectum, sufficienter sibi propositum ut operetur, non tamen ut operetur potius hoc, quàm illud: hoc enim, adhuc posito illo concursu, in voluntatis potestate relinquatur; cum talis concursus non sit prædeterminatio ad unum, ut volunt Patres Dominicani; sed ad utrumlibet se habeat indifferentem, ut ex Divo Thomâ cum Sancto Augustino defendimus.

Nego suppositum nempe dari casum quo voluntas circa objectum sibi sufficienter propositum non operetur.

154. Arguitur tertio ex Patre Suario: Primò, quia indifferentia voluntatis non est indifferentia potentiæ passivæ; sed solum indifferentia, & indeterminatio potentiæ activæ habentis ex se sufficientem, & integram vim producendi varios actus. Ergo ad faciendum proprium, & determinatum actum, non indiget præviâ motione, aut prævio Dei concursu. Secundò quia voluntas, vel indiget tali prævio concursu propter imperfectionem virtutis agendi, ut per illum compleatur quoad unum actum de terminatum solum, vel indiget illo, ut voluntas determinetur quoad exercitium actûs? Sed ad neutrum requiritur prævius ille concursus. Ergo. Probatur minor quoad primam partem. Quia illa voluntatis indifferentia non est ex imperfectione; sed ex eminentiâ activitatis, & dominii ad suos actus. Ergo propter

Argute Magnus Suarez & quia indifferentia voluntatis est potentiæ activæ habentis ex se vim integram producendi varios actus.

propter defectum virtutis non indiget prævio concursu; sicut divina voluntas indifferens est ad varios effectus, & non indiget extrinsecâ motione præviâ. Quia illa indifferentia oritur ex eminentiâ suâ virtutis. Probatur quoad secundam partem. Quia alias Author naturæ frustra humanæ voluntati dedisset virtutem illam eminentialem quoad suorum actuum specificationem, & exercitium, si postea nunquam illâ uti posset, nisi prius ab agente extrinseco determinaretur. Sic eximius Doctor, & ex illo plures Recentiores.

155. Verùm licet hæc in Dominicanorum sententiâ difficultate non careant; nostræ verò nullam vim inferunt. Respondeo ad primum, indifferentiam voluntatis vel posse sumi remotè, vel posse sumi proximè. Si primo modo sumatur, indifferentia voluntatis dici potest activa, & passiva; activa quidem, quia est in ordine ad agendum vel remotè; passiva verò, quatenus indiget moveri à Deo ut causâ primâ, & cui in operando etiam subijcitur, sine quâ non est omninò completa, nec expedita ad agendum; sed incompletè: nec alio modo completur, nisi recipiendo causæ primæ influxum, sive concursum; quemadmodum instrumentum artis licet sit ad artificialiter agendum, nihilominus indiget motione artificis, eam recipiendo, ut sit potens proximè agere. Si autem proximè voluntatis indifferentia sumatur, tunc est proximè completa, & expedita per motionem & concursum Dei, nec alio novo concursu indiget: quia ut sic habet promptum, proximum, & perfectum dominium ad volendum hoc, vel illud.

156. Ad secundum respondeo, voluntatem tali prævio indigere concursu ob suâ virtutis imperfectionem, quæ utpotè creata non potest dare aliquod esse, nisi ut subordinata, & mota à Deo propter dependentiam quam à Deo habet in ipso operari: sicut instrumentum artis nō potest dare esse artefacto, nisi moveatur ab artifice, ut constat ex supra dictis. Illo tamen concursu non completur, nec approximat voluntas ad unum; sed expeditur ad utrumlibet: non enim est concursus iste prædeterminatio, quam propugnant Dominicani Patres. Plura alia congerit Magnus Suarius suo ingenio digna: quæ tamen non urgent concursum prævium; sed prædeterminantem ad unum, ut ipsum legenti facile constabit.

157. Arguitur quartò contra secundam conclusionem. Primò. Quia si concursus Dei est indifferens, sequitur, quod creatura determinet actionem primæ causæ. Sed primum efficiens non potest determinari à secundo efficienti. Ergo. Secundò. Quia modus concurrendi ad voluntatem indifferentem est imperfectus; cum in suâ efficaciam dependeat à voluntate creatâ. Hoc non est

dicendum. Ergo, Probatur minor. Quia indifferet, quod creatura esset causa, cur esset actus bonus potius, quam malus: nam concursus Dei cum indifferenter se habeat, non potest esse causa talis discretionis. Ergo. Tum etiam quia ad perfectionem divinæ Providentiæ requiritur, quod omnia vellet, eaque præfinit, quæ fiunt in tempore. Hæc autem non posset perficere per concursum indifferentem. Ergo.

158. Respondeo ad primum, distinguendo majorem: quod creatura determinet actionem causæ primæ per modum causæ universalis, nego: per modum causæ particularis, quantum ad esse hujus effectus potius, quam alterius, concedo majorem. Et in hoc nihil est inconveniens, quid enim est aliud, quam quod creatura, sive voluntas prius mota & determinata à Deo per concursum universalem ex se indifferentem exerceat quod est in suâ potestate: nimirum velle hoc, vel illud.

159. Ad secundum negamus suppositum, Deum scilicet concurrere per voluntatem indifferentem; quia voluntas divina si sit consequens circa actus bonos juxta infra dicenda, semper est efficax, & absoluta: circa actus verò prævios permissiva est. Arguens verò confundit efficaciam divinæ voluntatis cum efficaciam intrinsicâ auxiliij positi in voluntate: primam efficaciam planè concedimus suo loco, secunda verò est de subjecto falso supposito quia in concursu divino licet sit efficaciam ad hoc ut operetur voluntas; nō tamen ut operetur hoc potius, quam illud quod est diversum. Quo enim pacto possit fieri quod divina voluntas sit efficax circa actum bonum, indifferentem exhibendo concursum; est reconditum efficaciam gratiæ mysteriorum, quod Deo dante, alibi illustrabimus; nec ullam in sententiâ nostrâ difficultatem patitur, quam eandem non subeant, qui concursum simultaneum propugnant, cum semper defendant auxilium ex se indifferens, & quidem prævium.

160. Ad tertium concessa majori, nego minorem. Sicut enim per contingentes causas Deus facit effectus suæ Providentiæ certos, quin ad eorum certitudinem, & infallibilitatem talium causarum obstat contingentia; sic potest eos certos facere per concursum indifferentem, quo influit in causas secundas: quo tamen pacto id contingat, hujus loci non est, & infra latè disputabimus.

161. Arguitur quintò. Voluntas est libera ad agendum, & non agendum. Sed concursus prævius, & indifferens non est ad agendum, quia non actus non requiritur concursum nec universalem, nec particularem. Ergo concursus Dei est determinatus ad unum extremum; scilicet ad agere solum. Confirmatur. Quia concursus Dei est, quo ad agendum movetur

Ad 1. dico indifferentiam voluntatis & completi per concursum prævium.

Ad 2. dico voluntatem concursu prævio indigere ob suâ virtutis imperfectionem, illo tamen non approxinari de terminatè ad unum, sed expeditur ad utrumlibet.

Respondeo ad 1. creaturæ ut causam partem determinatè actionem causæ primæ.

Ad 2. nego suppositum scilicet concurrere per voluntatem indifferentem.

Ad 3. nego id non potest fieri per concursum prævium.

Opponitur iterum, quia concursus prævius non sit ad agendum, erit determinatus ad agendum, quo ad agendum movetur.

movetur voluntas. Sed ad non agere non movetur. Ergo ad non agere non datur concursus, sive motio divina. Ergo solum datur ad agere determinatè.

Quid respondeant, puram omissionem immediatè liberam admittentes.

162. Qui puram omissionem immediatè liberam, & culpabilem defendunt, fortè poterunt respondere, distinguendo minorem: Concursus indifferens non est ad non agere per modum principii influentis, concedent: per modum principii formaliter complementis potentiam, ut non agere imputetur voluntati, negabunt. Quia quando voluntas est completa, sive expedita divino concursu ad agendum, si non agat, non agere imputatur ei: cum nihil ei deficiat ad proximè agendum: sicut quando voluntas est completa in ratione potentie per habitum charitatis ad diligendum Deum, omisso dilectionis imputaretur ei, licet ille habitus non se habeat per modum principii ad omissionem charitatis, eo quod nihil deficiat, posito etiam generali Dei concursu ad diligendum Deum super omnia.

Argumentum magis urget prædeterminantes.

163. Adde, majorem vim habere argumentum in aliis sententiis, quia in sententiâ Prædeterminantium, ad omitendum purè non datur physica prædeterminatio: Ergo jam datur aliquod libertatis exercitium sine physica prædeterminatione. Patet consequentia. Quia in instanti quo voluntas omittit, non datur physica prædeterminatio ad omissionem; quia ad non agere physica prædeterminatio non datur nec est necessaria. Sed in illo instanti non datur prædeterminatio ad agere; aliàs in instanti, quo datur prædeterminatio ad agere, daretur non actio; quod implicat in contrariâ sententiâ, ut ex dictis constat. Ergo.

Similiter premit Simulacra.

164. Similiter in sententiâ concursus simultanei. Ad omissionem liberam non datur concursus simultaneus; quia hic est positivus, & omisso privativa. Ergo jam voluntas habet aliquod exercitium, quin Deus nec præviè, nec simultaneè concurrat: quod valdè difficile puto: tribuere nempe creaturæ exercitium aliquod suæ potentie absque omni Dei concursu sive præviè, sive simultaneo. In meâ tamen sententiâ, quam in Cursu Philosophico brevi calamo insinuaui, argumentum omni ex parte nullum est; supponit enim falsum principium; esse scilicet puram omissionem possibilem liberam, sive culpabilem, sive non culpabilem, sive meritoriam, sive non meritoriam. Unde concursus Dei præviè, & generalis, ex naturæ suæ indifferens, semper habet positivum effectum, illum scilicet, ad quem se determinaverit voluntas ex dominio suo particulari, quod obtinet circa suos actus.

LECTIO VI.

Consequentia Doctrina, & mirabilis sententiæ nostræ connexionio.

165. **E**X à nobis hæcenus disputatis, ut rem totam breviter, & compendio agam, facile deduco hanc viam mediam, quam paucis compertam hæc aperuimus, esse omninò tenendam, ut salventur plura, quæ aliarum sententiarum Sectatores non facile expedient.

166. Primò enim salvatur liberum arbitrium, & altissimum Dei dominium, quia sine illâ præviâ motione homo non potest aliquid velle, ut ex Scripturâ, Sancto Thomâ, & Patribus constat. Salvatur etiam secundò dominium perfectum agentis liberi creati, quod necesse est fateri ex eadem Scripturâ, Conciliis, & Sanctis Patribus: quia licet non possit aliquid velle sine illâ motione, aut præviè Dei concursu: tamen eo posito ob sui domini perfectionem ita se determinat ad hoc potius quàm illud, ut sub eadem motione Dei proximè, & facile possit in contrarium erumpere.

1. Salvatur liberum arbitriū & altissimū Dei dominium.

167. Tertio salvatur etiam legitima Divi Thomæ mens, qui utrumque, ut supra ostensum est, clarissimè edocet. Quarto salvatur potentia proximè libera, & completa ad utrumlibet actum: quia utraque motione posita scilicet ex parte Dei ut primi efficientis, & ex parte intellectus ut proponentis objectum, ita agit, & vult mota à Deo, & intellectu in instanti A, ut loco volitionis possit in eodem instanti A ponere nolitionem: non quidem eam cum volitione componendo: ad hoc autem nulla datur libertas nullaque potentia; sed componendo nolitionem cum utraque motione Dei scilicet, & intellectus moventis per modum finis, sive ex parte objecti, quo pacto est verissimus sensus compositus, & divisus, v.g. Voluntas prius prioritare naturæ, & causalitatis mota utraque illâ motione, est proximè, perfectè, completèq; potens ad ponendum, vel componendum in instanti A cum utraque motione præviâ volitionem, divisam tamen à nolitione, vel e contra: ita ut sensus compositus dicat & involvat coexistentiam voluntatis, utriusque motionis, & volitionis à nolitione divisæ in instanti A, vel coexistentiam in eodem instanti A nolitionis divisæ à volitione, cum voluntate, & utraque motione. Sensus verò divisus solum involvat, & dicat divisionem vel separationem volitionis à nolitione, quando volitio est cōjungibilis, vel de facto conjungitur cum voluntate & utraque

Item genuina mens Angelici & potentia proximè libera & completa ad utrumlibet.

E 3

motione

motione in instanti *A*. Et idem est, facta comparatione volitionis ad nolitionem.

Rursus 168. Quinto salvatur, quomodo motio, seu prævius Dei concursus non tollit libertatem arbitrii: Tum quia, ut dictum est concursus ille divinus cum sit juxta modum, & naturam voluntatis liberæ (non quidem è medio ejus tollendo modum, ut facit physica prædeterminatio, ex naturâ suâ ad unum prædeterminando; sed modum libertatis servando, ut præstat concursus indifferens:) Concursus, inquam, ille Dei non ponitur in voluntate, ut vi illius voluntas amet, aut velit determinatè, nec ponitur, ut potius nolit determinatè, quàm velit: hæc enim determinatio tam volitionis, quàm nolitionis in voluntatis potestate relinquitur; cum talis determinatio non pertineat ad causam universalem; sed solum ad particularem, quæ est voluntas; cujus est proprium, & speciale ratione suâ specificâ libertatis, se ad hoc potius, quàm illud determinare, ut ex Sanctis Augustino, & Thomâ, & Tridentino clarè deducitur: sed solum ponitur in voluntate, ut illo concursu se determinet vel ad volendum, vel ad nolendum, sine quo ipsa nec est proximè potens velle, nec potens proximè nolle: Quare voluntas, tali posito Dei concursu, unum ex his, vel aliis extremis necesse habet eligere: at quod unum actum potius, quàm alium eliciat, non est necesse; sed omninò liberum; & in hoc est libertas proxima illo posito prævio divino concursu.

Præterea 169. Sexto salvatur circa nostros actus salvanur circa actus nostros tam universale Dei quàm particulare nostræ voluntatis dominium. liber os utrumque dominium; dominium scilicet universale Dei, & dominium particulare nostræ voluntatis: illud quidem ut supremum, & perfectissimum; istud verò ut inferius, & minùs perfectum: illud ut supremum, & perfectissimum; quia ejus concursus, & causalitas à Deo solo procedit, quin voluntas se ad illam habeat activè, sed solum passivè: Sicut omne mobile, non activè; sed passivè se habet respectu actionis, sive motionis, quâ ab alio superiore movetur. Illud verò dicitur inferius, & minùs perfectum: Tum quia nequit suam libertatem exercere absque illo prævio Dei concursu. Tum quia causalitas liberæ voluntatis est à voluntate motâ à Deo: ast divina causalitas est à Deo non moto ab alio, nec indigente alio, ut operetur tamquam causa prima, & universalis. Tum quia in operando est creatura subiecta operationi propriæ Dei, sive ipsi Deo, à quo in operari dependet; ast Deus non est ullâ ratione subiectus in operando ipsi creaturæ. Nec valet si dicas, Deum ex suâ bonitate in operari nobis esse subiectum; hoc enim post condemnationem illarum propositionum ab Innocentio XI. dicere non audemus.

170. Aliud namque est, quod Deus, qui

se solo potest producere omnes creaturarum effectus, ex suâ bonitate velit, quod ipso eas movente, & adjuvante tanquam causâ primâ illæ etiam eos efficiant: & aliud, quod ex suâ bonitate velit suam eis omnipotentiam parare, & ita subjicere, ut eam ad propriam Omnipotentiam operationem creaturæ determinet: primum enim Deum Optimum, Maximum non dedecet, utpotè divinâ Bonitate dignissimum; quia nihil aliud est, quàm uti causis secundis, eas movendo ad dandum suis effectibus esse, quod esse non cõtinetur principaliter in causâ creatâ, nisi hæc participet motionem, & prævium causæ primæ concursum, ut supra latè probavi: sicut in ordine gratiæ licet Deus se solo gratiam habitualem omnibus conferre possit; suâ tamen bonitate dignum exitit uti Sacramentis velut instrumentis ad gratiam conferendam; nec ex hoc putavit aliquis, Deum esse ex suâ libertate & bonitate subditum Sacramentis ad justificandum homines.

171. In secundo autem non divina Bonitas; sed maxima relucet indignitas primæ causæ repugnans: quia idem est, ac si Deus dicat: volo non ex necessitate; sed ex meâ voluntate, quod creata voluntas me ad agendum determinet; sicut voluntas ipsa habitum à me liberè infusum, ad agendum determinat: hæc enim est quædam Dei ad creaturam voluntaria subiectio, quæ non solum Deo repugnat, sed dedecet.

172. Ultimo salvatur, Deum immediato & universali gaudere dominio, immediatèque operari per modum causæ universalis ad omnes creaturarum actiones: quod quidem pluribus in locis clarè edocuit Sanctus Thomas; nam quæst. 3. de potentia artic. 7. ait: Sic ergo Deus est causa actionis cujuslibet, in quantum dat virtutem agendi, & in quantum conservat eam, & in quantum applicat actioni, & in quantum ejus virtute omnis alia virtus agit. Et cum conjunxerimus his, quod Deus sit sua virtus, & quod sit intra rem quamlibet, non sicut pars essentia; sed sicut tenens rem in esse, sequetur quod ipse in quolibet operante immediatè operetur, non exclusâ operatione voluntatis & naturæ. Ita Sanctus Doctor. Ex quibus constat D. Thomam non postulare alium immediatum concursum in Deo, nisi quod, ipse immediatè operetur in quolibet operante: quod quidem salvari solum potest per concursum prævium, Cujus immediationem ut sciunt omnes, Durandus denegatur.

173. Deindè 3. contra gentes, cap. 70. ait: Sicut igitur non est inconveniens, quod una actio producatur ex aliquo agente, & ex ejus virtute. Ita non est inconveniens, quod producatur idem effectus ab inferiori agente, & Deo, ab utroque immediatè, licet alio, & alio modo. Et infra. Patet autem, quod non sic idem effectus causa naturali, & divina virtuti attribuitur, quasi partim à Deo, & partim à naturali agente fiat

fiat; sed totus ab utroque secundum alium modum: sicut idem effectus totus attribuitur instrumento, & principali agenti etiam totus. Sic Divus Thomas. Ex quibus constat, quod ibi trepidarunt aliqui, ubi non erat timor. Aliud enim est quod Deus non concurrat immediate per concursum simultaneum: quem immediationis modum impossibilem esse, fatis probavimus: & aliud, quod Deus non habet alium modum immediate concurrendi, quem clarè edocet Doctor Angelicus, cujus nos secuta vestigia terimus.

Hujus nostre doctrinæ laudorem Superiorum censuræ subijcio. 174. Hæc habui, quæ in gravissimo hujus controversiæ puncto suggererem quam demissimè, unum tamen dissimulare nolim, quod vel in plerisque opinionibus nostris, vel saltem non in unâ solâ: sed communiter in pluribus ab aliquibus malè probatas inau-

divimus: aut quid inde? Hoc unum nobis solatium suppetit, quod non omnes libri arident omnibus, & optimi quique Authores suos experti sunt Aristarchos: nec idèd qui in veritate certamus, in querelas effundimur, quinimò Magistrorum nostrorum iudicio, imò & cor rectioni doctrinæ laborem nostræ libenter subiectum volumus, ita tamen ut si contra quid nobis officiat quod hucusque non vidi, repellendum alibi remittamus. Interim his Magni Augustini verbis modum ponamus, & componamus controversiam: *Si quid hic inconditè, atque incultè didicim legeris, vel si totum ita esse perspexeris, doctrinæ da operam lingue veniam.* Sic Magnus Antistes, & sic nubibus atris antea condita pulchrius effundunt sydera lumen.

